Ἐλήλυθυῖα, adveniens, præt. part. med. f. g. a masc. ἐλήλυθώς, quod a præt. med. ἐλήλυθα, verbi ἔρχομαι.
Ἔλησα, ας, ε, a. 1. ind. act. verbi λήγω, cesso. f. ξω.
Ἐλήφθης, sumptus es, 2. sing. a. 1. ind. pass. verbi λαμβάνω, sumo. f. λήψομαι. a. 2. ἐλαβον.
Ἐλθὲ, Att. pro ἔλθε, veni, a. 2. imperat. ἐλθεῖν, a. 2. inf. ἔλθοι, a. 2. opt. ἔλθῃς, a. 2. sub. verbi ἔρχομαι, venio.
Ἐλθέμμι, Jon. & ἐλθέμμαι, Dor. pro ἐλθεῖν, a. 2. inf. ejusdem verbi.
Ἐλθεῖ, Dor. etiam pro ἐλθεῖν, aor. 2. inf.
Ἐλθεῖν, Dores dicunt pro ἐλθεῖν, venisse, aor. 2. inf. act. ab aor. 2. ἦλθον, verbi ἔρχομαι.
Ἔλθῃς, ἔλθῃ, 2. & 3. sing. a. 2. sub. act. sic & ἔλθῃσ', pro ἔλθῃσι, quod ejusdem verbi Jon. pro ἔλθῃ, a. 2. sub. σι, paragog.
Ἔλθοι, venerit. 3. sing. aor. 2. opt. ἐλθοίμι, οιο, aor. 2. opt. med. ejusdem verbi.
Ἐλθὸν, aor. 2. part. n. g. ἐλθόντ', pro ἐλθόντε, nom. dual. ἐλθόντα, acc. sing. m. g. a. 2. par. act. ejusdem verbi.
Ἐλθόντεσσιν, advenientibus, dat. pl. Jon. & Poet. pro ἐλθοῦσιν, aor. 2. part. act. verbi ἔρχομαι, venio.
Ἔλθοσαν, Bœot. pro ἦλθον, 3. plur. a. 2. ind. Sic ἐλθοισαν, in Bibliis pro ἐλθοιεν, 3. plur. aor. 2. opt. act. verbi ἔρχομαι.
Ἐλθοῦσ', pro ἐλθοῦσα, aor. 2. part. f. g. ab eodem verbo.
Ἔλθω, ῃς, ῃ, a. 2. sub. act. ἐλθὼν, οῦσα, όν, a. 2. part. verbi ἔρχομαι, venio. a. 2. ἦλθον.
Ἐλιγήσομαι, complicabor, f. 2. ind. pass. verbi ἑλίσσω, vel ττω. a. 2. ἤλιγον. a. 2. pass. ἠλίγθω. Th. εἰλέω, verso.
Ἐλιέζερ, ὁ, nomen viri, ἔ'κλιτον. Hebr. Deus restituet.
Ἐλιθοβόλεον, ων, imperf. ἐλιθοβόλησα, ας, ε, a. 1. ind. act. verbi λιθοβολέω, lapidibus ferio, a λίθος, lapis, & βάλλω, jacio. p. m. βίβολα.
Ἕλικος, acc. pl. curvas. ἑλίκεσσι, dat. pl. ab ἕλιξ, ικος, ἡ, volumen. & adjectiv. sumitur pro intortus. Th. εἰλέω, verso.
Ἑλίκη, ης, ἡ, nomen urbis.
Ἑλικβλέφαρος, ε, ὁ, ἡ, cui palpebræ sunt volubiles, tortiles, aut nigræ. ab ἑλικὸς, ὴ, volubilis, niger. quod ab ἑλίσσω, volvo. Thema εἰλέω, idem.
Ἑλικτὸς, ὴ, ὸν, involutus, intortus, curvus. quod ab ἑλίσσω, circumvolvo. Th. εἰλέω, volvo.
Ἑλικὼν, ῶνος, ὁ, nomen montis, nomen habens ab anfractuosis viis. Hinc Ἑλικωνιάδες, Musæ. dat. plur. Ἑλικωνιάδεσσ'. Et Ἑλικώνιαι παρθένοι, pro Musis.
Ἑλίκωπες, nom. plur. ab ἑλίκωψ, cui oculi versatiles, vel rotundi. ab ἑλικὸς, volubilis, niger, quod ab ἑλίσσω, volvo. Th. εἰλέω, verso, & ὤψ, ὠπὸς, ὁ, oculus. Th. ὁπτομαι, video.
Ἑλικώπιδα, acc. singul. ab ἑλικῶπις, ιδος, ἡ, limis oculis contuens. Vide in Ἑλικῶπις.
Ἑλικῶπις, ιδος, ἡ. Dicitur de puella, quæ amantium oculos ad se trahit. vel quæ nigris oculis est decora. vel, cui oculi sunt volubiles, & rotundi. ab ἑλικὸς, ὴ, ὸ, volubilis, tortilis; item niger. quod ab ἑλίσσω, volvo. Th. εἰλέω, verso.
Ἑλίκωπες, etiam Græci dicebantur, ἀπὸ τῶν ἑλίσσειν τὰς κώπας, a remis circumvertendis.
Ἑ'ΛΙΝΥ'Ω, & ἑλινύω, quiesco, otior, sedeo. q. ab εἰλέω, concludo. Habet & Hesych. ἑ'ρμύει, ἑ'ορτάζει, παύεται, ἀργεῖ, hoc sonat, Græcari: ut sit, conclusum velut vivere.
Ἑ'ΛΙΝΟΣ, ε, ὁ, ramus. q. ab ἑλεῖσθαι, circumagi. agitatur in arbore.
Ἕλιξ, & ἕλιξ, ικος, volumen. ab ἑλίσσω, vel εἰλέω, volvo.
Ἑλισσὸ, ὁ, nomen viri, ἄκλιτον, Hebr. laus Dei.
Ἕλιπον, ες, ε, reliqui, & in 3. plur. ἕλιπον, aor. 2. activ. verbi λείπω, linquo. f. ψω. p. φα. p. m. λέλοιπα.
Ἐλισαβέτ, nomen mul. ἄκλιτον. Hebr. Deus juravit.
Ἐλισσαῖος, αίε, ὁ, nomen Prophetæ Hebr. a Deo salus.
Ἐλιστόμην, & ἐλιστεύμην, Dor. pro ἐλίσσειν, præs. inf. verbi ἑλίσσω, circumvolvo. Th. εἰλέω, volvo.
Ἐλίσσετο, 3. sing. & ἐλίσσοντο, pro ἐλίσσετο, 3. plur. imperf. pass. verbi λίσσομαι, supplico.
Ἑλίστομεύη, præs. part. pass. f. g. ab ἑλίσσομαι. Th. εἰλέω, volvo.
Ἑλίσσω, volvo, ab εἰλέω. ἐλελίσσω, & ἐλελίζω, torqueo, circumago subito.
Ἑλίφθεν, relicti sunt, Bœot. seu Æol. syncop. pro ἐλείφθησαν, 3. plur. a. 1. pass. verbi λείπω, linquo. f. ψω. aor. 2. ἔλιπον.
Ἑλίχρυσος, ε, ὁ, ἐδὸς φυτὸν, ὃ τὸ ἄνθος ὅμοιον κρόκῳ, καὶ οἷον χρυσοειδές.
Ἕλκε, trahebat, imperf. Jon. pro εἷλκεν, ες, ε. ἕλκεο, Jon. pro ἕλκεσο, præs. imperat. pass. verbi ἕλκω, traho, & in 3. plur. ἕλκεσι. f. ἕλξω.
Ἕλκει, ulceri, dat. sing. ab ἕλκος, εος, τὸ, ulcus. ab ἕλκω, traho.
Ἑλκεμμὸν, præs. inf. Jon. pro ἕλκειν, ab ἕλκω, traho. imperf. εἷλκον.
Ἕλκεο, vide in ἕλκε, trahebat.
Ἑλκεσίπεπλος, ε, ὁ, ἡ, longa veste indutæ. ab ἕλκω, traho, & πέπλος, ε, ὁ, vestimentum muliebre.
Ἕλκεπε, traxit, imperf. pass. Jon. pro εἷλκετο, ab ἕλκω, traho. f. ξω. a. 1. εἷλξα.
Ἑλκηδὸν, adverb. luctando, attrahendo; ut supplantetur. Th. ἕλκω.
Ἑλκηθμὸς, ὅ, ὁ, violenta tractio, ab ἕλκω, traho.
Ἕλκος, εος, τὸ, ulcus. dat. sing. ἕλκεϊ, ἕλκῃ. q. ab ἕλκω, traho. ergo ut vulnus, a vello, ob divulsionem continui: ita ἕλκος, ab ἕλκω, ob distractionem cutis, & continui divulsionem.
Ἑλκόω, exulcero. f. ώσω. p. ἥλκωκα. perfect. passiv. ἥλκωμαι, unde partic. ἡλκωμένος. Them. ἕλκος, εος, τὸ, ulcus.
Ἑλκυσάζω, trahendo rapto. ab ἑλκύω, quod vide.
Ἑλκύω, traho. f. ύσω. a. 1. εἵλκυσα. a. 1. inf. act. ἑλκύσαι. aor. 1. part. ἑλκύσας, αντος, ὁ. Th. ἕλκω, traho.
Ἕ'ΛΚΩ, traho: & metaph. vivo cum alloquo. f. ξω. hinc ἕλξις, εως, ἡ, tractio. ὁλκὴ, ῆς, ἡ, idem. ὁλκὸς, ὅ, ὁ, tractus. ἑλκέω, ήσω. & ἑλκύω, ύσω, traho. ἑλκυστικὸς, ὴ, ὸ, attractivus. q. ab ἕλω, capio. Captæ prius res sunt, quam tractæ, & abductæ.
Ἕ'λαβε, sumpsit, Poet. pro ἔλαβε, a. 2. ind. act. verbi λαμβάνω, capio. f. λήψομαι. p. λέληφα, & Att. εἴληφα. a. 2. ἔλαβον.
Ἑλκάδος, gen. sing. ab Ἕλκας, quod vide.
Ἕλκαμψεσθαι, Jon. & Poet. fut. 1. med. pro λαμπρὸν γενήσεσθαι, clarum, ac illustrem fore. ex ελκ, & λάμπω, splendeo, clarus sum.
Ἕλκων, ανος, ὁ, Doric. pro Ἕλιξ, Attice etiam pro Ἑλικτὸς, ponitur.

Hinc & Ε'λλήνιος πατήρ, pro Ε'λληνικός.

Ε'λλανοδίκας, α, ὁ, Dor. pro Ε'λλωνοδίκης, ου, ὁ, idem valet, ac si dicas Ε'λλήνων διαγωνιστής, Græcorum judex.

Ε'λλάς, άδος, ἡ, Græcia. dat. Ε'λλάδι, acc. Ε'λλάδα.

Ε'λάσαι, Poet. pro ἐλάσαι, abegisse, a. 1. inf. verbi ἐλαύνω, agito. f. ἐλάσω.

Ε'λλήσποντος, ου, ὁ, Dor. pro Ε'λλήσποντος, ου, ὁ, Hellespontus.

Ε'λαχον, Poet. pro ἔλαχον, sortitus sum, a. 2. ind. act. verbi λαγχάνω, sortior, aor. 2. sub. λάχω, ῃς, ῃ. præt. med. λέλογχα.

Ε'ΛΛΕ'ΒΟΡΟΣ, seu ἑλλέβορος, ου, ὁ, helleborus, veratrum. ἀπὸ τὸ ἑλεῖν βορᾶ, quod capiat, seu suffocet esu.

Ε'λλεδανοῖσιν, dat. pl. Jon. ab ἑλλεδανός, οῦ, ὁ, vinculum, restis. ab ἕλλω, stringo. Th. εἰλέω, coarcto.

Ε'λλείπω, ας, ει, idem quod simplex λείπω, relinquo. f. ψω. p. φα. a. 2. ἔλιπον.

Ε'λλειψις, εως, ἡ, derelictio, ab ἐλλείπω. Th. λείπω, relinquo.

Ε'λλερα, mala. quasi ab ὄλλυω, perdo.

Ε'λλεχος, ὁ, ἡ, vulgatus, qui est in omnium ore, & sermone. ab ἐν, & λέχη, ης, ἡ, sermocinatio.

Ε'ΛΛΗΝ, ηνος, ὁ, Hellen, filius Deucalionis, a quo auctore Ε'λλας dicitur Græcus; pro eodem & ἑλλανικός, ὁ. Inde ἑλληνικός, Græcanicus. ἑλληνίζω, Græcos sequor, seu imitor. Ε'λλάς, άδος, ἡ, Græcia.

Ε'λληνίζω, cum Græcis facio, Græcos imitor, Græce loquor. fut. ίσω. p. ἡλληνικα. perf. pass. ἡλλήνισμαι, unde est ἑλληνισμός, οῦ, ὁ, Græcismus. Th. ἕλλας, Græcus.

Ε'λληνικός, ἡ, όν, Græcus, a, um; item Græcanicus, ab eodem them.

Ε'λληνίς, ίδος, ἡ, Græca. Ε'λληνικῆς, οῦ, ὁ, Græcanicus. ἑλληνιστί, adverb. Græce. Th. Ε'λλας.

Ε'λλησδικαι, ῶν, οἱ, præsides, ac judices certaminum Græcorum, qui & ἀγωνοθέται vocabantur.

Ε'λλησα, Poet. pro ἔλησα, a. 1. ind. act. a λήγω, cesso, f. ξω.

Ε'λλήσποντος, ου, ὁ, Hellespontus.

Ε'λλιπής, ές, ὁ, ἡ, & ἐλλιπές, τὸ, cui deest aliquid, imperfectus. ab ἐλλείπω, deficio. Th. λείπω, linquo.

Ε'λλογέω, imputo, cum dat. ἐλλόγει, præs. imperat. fut. ἐλλογήσω. a. 1. ἐνελόγησα. ab ἔλλογος, rationis particeps. ex ἐν, & λόγος, ratio, quod a λογίζομαι, reputo. Th. λέγω, dico.

Ε'λλόγιμος, ου, ὁ, idem quod λόγιμος, celebris, nobilis. Th. λέγω, dico.

Ε'λλοπας, mutos, acc. plur. ab ἔλλοψ, οπος, qui vocem edere nequit. ab ὄψ, ὀπός, ἡ, vox, & λείπω, linquo. f. ψω. p. φα. a. 2. ἔλιπον. præt. med. λέλοιπα.

Ε'λλοπιδεῖν, piscari, præs. inf. ab ἐλλοπιδέω. quod ab ἔλλοψ, οπος, ὁ, qui vocem edere nequit, epitheton piscium. ab ὄψ, ὀπός, ἡ, vox, & λείπω, linquo.

Ε'ΛΛΟΣ, ου, ὁ, hinnulus. vertitur etiam, mutus. q. ab ἕλλω, continco, continet vocem.

Ε'λλοψ, οπος, ὁ, mutus, piscis acipenser, ab ὄψ, ὀπός, ἡ, vox, & λειπω, linquo.

Ε'λλω, continco. q. ab εἰλέω, coarcto.

Ε'λλώπια, ων, τὰ, dies festus, de quo consule Pindari Scholiasten, Olymp. Od. 13.

Ε'ΛΜΙΝΣ, ινθος, ἡ, lumbricus, tinea. ab εἰλεῖν, quia se volvit repens. aut quia ἐν ἕλει μύει, in humido, & veluti paludoso corporis nascitur.

Ε'λμωδαμ, ὁ, nomen viri ἀλλιεων. Hebr. Deus mensurabit eos.

Ε'λογίδιω, ης, ἡ, aor. 1. ind. pass. verbi λογίζομαι, quod vide.

Ε'λόουν, lavabam, Dor. pro ἔλουν, verbi λόω, lavo. vel a verbo Poet. λοέω. imperf. ἐλόεσον, ἐλόουν, & Dor. ἐλόων.

Ε'λοιδορει, 3. sing. imperf. act. verbi λοιδορέω, convitior, maledico. Th. λοίδορος, ου, ὁ, convitiator.

Ε'λοίμιλλον, οιο, οιτο, a. 2. opt. med. verbi αἱρέω, capio. f. ήσω. p. ᾕρηκα. aor. 2. εἷλον.

Ε'λοιμι, οις, οι, a. 2. opt. act. ejusdem verbi.

Ε'λοῖσα, ας, ά, Dor. pro ἑλοῦσα, aor. 2. part. f. g. verbi αἱρέω, capio. fut. ήσω. a. 2. εἷλον.

Ε'λόμιλλον, Jon. pro εἱλόμιλλον, a. 2. med. ab eodem verbo.

Ε'λον, Jon. pro εἷλον, cepi, a. 2. ind. act. ἔλοντ', pro ἔλοντο, dual. a. 2. part. ἔλοντα, acc. sing. ejusdem temporis, & modi. ἔλοντο, sumpserunt, 3. plur. aor. 2. med. Jon. ab αἱρέω, capio.

Ε'ΛΟΣ, εος, τὸ, palus. inde ἑλώδης, εος, ὁ, ἡ, palustris. an ἕλος, a πελός, niger, quia lutulenta paludis aqua? aut quia non ibi ἕλη.

Ε'λῦ, elige, a. 2. imperat. m. ab αἱρέω.

Ε'λύμμ, lavabamus, per syncop. pro ἐλούμμ, ab ἔλουν, imperf. verbi λόω, lavo. f. σω.

Ε'λῦντες, nom. plur. fut. 2. part. verbi αἱρέω, capio. f. 2. ἑλῶ, ᾷς, εῖ.

Ε'λῦσ', pro ἑλοῦσα, a. 2. part. f. g. ἑλῶ, a. 2. imperat. med. ejusdem verbi.

Ε'λοχδώθω, ης, ῃ, a. 1. ind. pass. verbi λοχδόω, pario. f. δώσω. a. 1. ἐλόχδωσα, ας, ε, peperi. Th. λοχός, οῦ, ὁ, ἡ, gravida. V. λόχος, cohors.

Ε'λόωσι, Poet. pro ἑλῶσι, vel ἐλάωσι. 3. plur. præsentis pro futuro, ab ἐλάω, quo Poetæ pro ἐλαύνω, utuntur.

Ε'λπεαι, speras, pro ἔλπῃ, 2. sing. præs. ἐλπέαζ, præs. inf. ab ἔλπομαι, ῃ, εται, Poet. pro ἐλπίζω, spero. Th. ἐλπίς, spes.

Ε'λπεο, spera, Jon. pro ἔλπου, præs. imperat. vel 2. sing. imperf. Jon. pro ἤλπου, verbi ἔλπομαι, Poet. pro ἐλπίζω, spero. Th. ἐλπίς, ίδος, ἡ, spes.

Ε'λπίζω, spero. imperf. ἤλπιζον. f. 1. ίσω, Att. ελπιῶ. p. ἤλπικα. perf. part. ἠλπικώς, ότος, ὁ, aor. 1. act. ἤλπισα. a. 1. part. pass. ἐλπισθείς. Th. ἐλπίς.

Ε'ΛΠΙΣ, ίδος, ἡ, spes. dat. plur. ἐλπίσι. Hinc ἐλπίζω, & ἔλπομαι, spero. q. ab ἕλδω, ideſt ἔδομαι, & πάειν, cupio possidere: Vivere spe vidi, qui moriturus erat. Vel ἐλπὶς, quasi ἕλκει ἡμᾶς ὁρᾶς τὸ πάειν, ad possidendum trahit nos, & adducit.

Ε'λπισθείς, aor. 1. part. pass. ἐλπίσασα, a. 1. part. act. f. g. ab ἐλπίζω, spero, quod vide. Th. ἐλπίς, spes.

Ε'λπισέον, sperandum, nomen verbale ab ἐλπίζω, spero.

Ε'λπιῶ, sperabo, pro ἐλπίσω, f. 1. Att. verbi ἐλπίζω, quod vide.

Ε'λπόμμενος, sperans, præs. part. ab ἔλπομαι, Poet. pro ἐλπίζω. Th. ἐλπίς.

Ε'λσαι, immittere, per syncop. pro ἐλάσαι, a. 1. inf. act. sic & ἔλσαν, pro ἔλασαν, 3. plur. Jon. a. 1. ind. ἔλσας, pro ἐλάσας, a. 1. part. verbi ἐλαύνω, agito. f. ἐλάσω. Ε'λσαι, cum aspero, est a. 1. inf. act. per syncop. pro ἑλκύσαι, ab ἑλκύω, traho, quod vide.

Ε'λυμμ, & ἔλυμμ, ατος, τὸ, pars aratri in medio, temo, buris, ab ἕλω, traho. Th. εἰλέω, verso. Vel ab ἑλύω, ideſt, κυλίνδω.

Ε'λύμας, α, ὁ, nomen magi, Arab.

Ε'λυμήνατο, 3. sing. a. 1. m. ab ἐλυμαίνομαι, ω, ατο, verbi λυμαίνω, vasto. f. 2. m. λυμανέομαι. Th. λύμη, ης, ἡ, exitium.

Ε'λυμος, theca citharæ, tibiæ genus e buxo, arcus, ab ἑλύω, intego. Est & ἕλυμος, panicum. Etymol. ab ἕλος, vel εἰλέω, involvo.

Ε'λύπτω, 3. sing. imperf. act. ἐλύπτησα, ας, ε, a. 1. ind. act. ἐλυπήθην, ης, ῃ, a. 1. ind. pass. verbi λυπέω. fut. ήσω, doleo. p. λελύπηκα. Th. λύπη, ης, ἡ, dolor.

Ε'λυσα, ας, ε, solvi. a. 1. ind. act. ἐλυσάμην, ω, ατο, a. 1. med. verbi λύω, solvo. f. σω. p. λέλυκα.

Ε'λύτρον, ου, τὸ, involucrum alicujus rei, theca, alveus aquarum. ab εἴλεω, involvo. ἑλυτρόω, tegmine involvo.

Ε'λυτρώσω, liberasti, 2. sing. a. 1. med. verbi λυτρόω, libero. a λύτρον, ου, τὸ, pretium redemptionis. Th. λύω, solvo. f. σω. p. λέλυκα.

Ε'ΛΦΟΣ, butyrum Cypriis.

Ε'λω, capiam. a. 2. sub. act. at ἑλῶ, f. 2. verbi αἱρέω, capio, f. ήσω. p. ᾕρηκα. a. 2. εἷλον. Est & ἕλω, præsens inusitat. pro quo in usu est αἱρέω.

Ε'λωι, Syriace, Hebr. אלי, hoc est θεός, Deus mi.

Ε'λωμαι, auferam, a. 2. sub. med. verbi αἱρέω, capio. a. 2. εἷλον.

Ε'λών, capiens, aor. 2. part. act. ejusdem verbi.

Ε'ΛΩΡ, ωρος, τὸ, captura. pl. ἕλωρα. ἑλώριον, ου, τὸ, idem, quasi ab ἕλω, capio, inusit. pro αἱρέω. Et præda. Lat. dicitur captura.

Ε'λωρος, ου, ὁ, Fluvii Siculi nomen.

E M.

Ε'μ', pro ἐμέ, acc. sing. ab ἐγώ, ego.

Ε'μαθετε, 2. plur. a. 2. ind. vide ἐμάθον.

Ε'μαθον, ες, ε, didici, a. 2. verbi μανθάνω. f. μαθήσομαι. p. μεμάθηκα. aor. 2. part. μαθών.

Ε'μαθοσαν, didicerunt, 3. plur. aor. 2. Bœot pro ἐμάθον, quod vide.

Ε'μαμαστε, desideravit, 3. sing. a. 1. act. Poet. gem. στ, verbi μαιμάω. Th. μάω, vehementer cupio.

Ε'μακαίρισα, 3. sing. aor. 1. act. verbi μακαρίζω, beatum prædico. fut. ίσω. p. μεμακάρικα. Th. μάκαρ, αρος, ὁ, ἡ, beatus.

Ε'μαλάχθη, emollitus sum, a. 1. pass. verbi μαλάσσω, seu ττω, mollio. f. ξω. p. μεμάλαχα.

Ε'μαλοφόρει, Doric. pro ἐμηλοφόρει, 3. sing. imperf. activ. verbi μηλοφορέω, poma fero. ex μῆλον, ου, τὸ, pomum, & φέρω, fero.

Ε'μάνιω, insanivi, a. 2. ind. pass. verbi μαίνομαι, insanio. f. μανοῦμαι.

Ε'μάξατο, exterſit, 3. sing. aor. 1. med. verbi μάσσω, vel ττω, abstergo. f. ξω. a. 1. ἐμαξα. perf. pass. μέμαγμαι.

Ε'μαραν, tabefecit, 3. sing. aor. 1. act. a μαραίνω. vide ἐμαράνθη.

Ε'μαράνθη, extincta est, a. 1. pass. a μαραίνω, marcescere facio. f. μαρανῶ. perf. μεμάρανκα. perf. pass. μεμάραμμαι.

Ε'μαργηναντο, 3. plur. a. 1. med. verbi μαργαίνω, insanio. Th. μάργος, ου, ὁ, insanus.

Ε'μαρναθω, 3. dual. imperf. verbi μάρναμαι, pugno.

Ε'μας, accus. plur. f. g. ab ἐμός, ἡ, όν, meus, a, um. Th. ἐγώ, ego.

Ε'μαυτῳ, mei ipsius: dat. ἐμαυτῷ. caret nom. singul. dual. nec non plur. Quoties vero pluraliter effertur, id fit divise: ἡμεῖς αὐτοί, nos ipsi. ὑμεῖς αὐτοί, vos ipsi. Sic ἐγὼ αὐτός, ego ipse. σὺ αὐτός, tu ipse. ἀπ' ἐμαυτῶ, sponte mea.

Ε'μαχεσάμην, ω, ατο, a. 1. med. a μάχομαι, pugno. 3. plur. imperf. ἐμάχοντο. fut. μαχήσομαι, & ἐσομαι. perf. pass. μεμάχημαι. a. 1. ἐμαχήθην.

Ε'μβα, pro ἐμβηθι, a. 2. imperat. verbi ἐμβαίνω, progredior. a. 2. ἐνέβην. ex ἐν, & βαίνω, eo. f. βήσομαι.

Ε'μβαδόν, adv. terrestri itinere. ab ἐμβαίνω, progredior. quod vide.

Ε'μβαινον, imperf. Jon. pro ἐνέβαινον, verbi ἐμβαίνω, ingredior.

Ε'μβαίνω, ingredior. f. ἐμβήσομαι. p. ἐμβέβηκα. a. 2. ἐνέβην. a. 2. part. ἐμβάς, άντος, ὁ. Th. βαίνω, eo.

Ε'μβαλεειν, a. 2. inf. act. vide ἐμβαλε.

Ε'μβαλεῖν κώπαισι, Poetic. incumbere remis.

Ε'μβαλε, conjicit, 3. sing. imperf. pro ἐνέβαλλε, irruebat, verbi ἐμβάλλω. f. βαλῶ, p. ἐμ-

REAL ACADEMIA ESPAÑOLA

p. ἐμβέβληκα. a. 2. ἀνέβαλον. præſ. imperat. paſſ. Jonic. ἐμβάλλεο. p. m. ἐμβέβολα. Th. βάλλω, jacio.

Ἐμβάλοι, conjiceret, 3. ſing. a. 2. opt. act. ἐμβαλεῖα, aor. 2. part. f. g. vide ἔμβαλλε. ἔμβαλον pro ἀνέβαλον, a. 2. per ſyncop.

Ἐμβάπτω, intingo. f. ἐμβάψω. p. ἐμβέβαφα. aor. 1. ἀνέβαψα. aor. 1. part. act. ἐμβάψας, αντος, ὁ. ex ἀν, & βάπτω, tingo.

Ἐμβάς, άντος, ὁ, aor. 2. part. act. ab ἐμβαίνω, ingredior, quod vide.

Ἐμβασίλευον, ες, ε, imperf. Jonic. pro ἀνεβασίλευον, verbi ἐμβασιλεύω, regno. f. εύσω. p. ἐμβεβασίλευκα. a. 1. ἀνεβασίλευσα. Th. βασιλεύς, rex.

Ἐμβασίχυτος, υ, ὁ, nomen propr. muris. ab ἐμβαίνω, ingredior. Thema βαίνω, eo. & χύτος, υ, ὁ, olla.

Ἐμβατάλλω, faſtuoſe incedo, invado, ingero me. f. άλλω. p. ἐμβεβατάλλκα. a. 1. ἀνεβατάλλσα. ab ἀν, & βαίνω, eo.

Ἐμβαφιον, τὸ, acetabulum, vas, quod lucernæ uſum præſtat.

Ἐμβάψας, αντος, ὁ, a. 1. part. act. ab ἐμβάπτω, intingo, quod vide.

Ἐμβέβακων, Doric. & Poet. pro ἐμβέβηκον, reſiſtere fecit, perf. activ. verbi ἐμβαίνω.

Ἐμβέβασαν, per ſyncop. Poet. pro ἀνεβεβήκεισαν, 3. plur. pluſq. perf. act. ἀνεβεβήκειν, ab ἐμβαίνω, ingredior. Th. βαίνω, gradior, eo. fut. βήσομαι. p. βέβηκα, Jonic. βέβαα. & in 3 pl. pluſq. perfect. act. Jon. ἐβεβάεισαν, per ſync. βέβασαν, ingreſſi erant.

Ἐμβεβαὼς, ἐμβεβαῦα, inſiſtens, perf. part. per craſin, pro ἐμβεβηκὼς, verbi ἐμβαίνω. quod vide.

Ἐμβέῃ, Jon. pro ἐμβῇ, 3. ſing. aor. 2. ſub. ab ἐμβαίνω, ingredior. ex ἐν, & βαίνω, eo. f. βήσομαι. a. 2. ἔβλω. a. 2. ſub. βῶ, βῇς, βῇ, & Jon. βέω, βέῃς, βέῃ, & Poet. βείω, βείῃς. &c.

Ἐμβη, Jon. & Poet. pro ἀνέβη, 3. ſing. a. 2. ind. act. verbi ἐμβαίνω, ingredior. quod vide.

Ἐμβῇη, Poet. pro ἐμβαίη, 3. ſing. a. 2. opt. act. ut ζῴη, pro ζαίη. ab ἐμβαίνω, quod vide.

Ἔμβηθι, inſcende, aor. 2. imperat. ἐμβλώσα, a. 2. inf. verbi ἐμβαίνω.

Ἐμβλῶναι, a. 2. inf. vide ἔμβηθι.

Ἐμβιβάζω, facio ut inſcendat. f. άσω. aor. 1. ἐνεβίβασα. ex ἐν, & βιβάζω, admitto animalia ad coitum, ineo. Th. βαίνω, eo.

Ἐμβλέπω, intueor, cum dat. imperf. ἐνέβλεπον. f. ἐμβλέψω, a. 1. ἐνέβλεψα, ας, ε. ab ἐν, & βλέπω, video. f. ψω.

Ἐμβολαὶ, nom. plur. ab ἐμβολὴ, ῆς, ἡ, ruina, irruptio, fluminis oſtium. ab ἐμβάλλω, immitto. Th. βάλλω, jacio.

Ἐμβόλιμος μὴν, menſis intercalaris.

Ἔμβολον, υ, τὸ, promontorium, quod lingulæ inſtar prominet.

Ἔμβολος, ὁ, navis roſtrum. & Loci nomen. Pind.

Ἔμβραμαι, fato deſtinatus ſum, pro ἔμμορμαι, Laconice, adjecto β, euphoniæ gratia, & ſublato ι, perf. ind. paſſ. unde ἐμβραμμήν, pro ἐμμορμήν, fatum, verbi μείρω, divido, ſortior. p. m. ἔμμορα, pro μέμορα.

Ἐμβρεμέομαι, ῶμαι, fremo, graviter interminor. cum dat. imperf. ἐνεβρεμεόμην, ώμην. f. ήσομαι. a. 1. m. ἐνεβρεμησάμην, ω, ατο. ab ἐν, & βρέμω, fremo.

Ἐμβρέντιον μικρὸν καὶ πορφυροῦν ἱμάτιον Ἰβηρικόν. q. ab ἐν, & βορὰ, ut in eo cibus capi poſſit.

Ἔμβρυον, υ, τὸ, (q. d. τὸ ἐντὸς τῆς γαστρὸς βρῦον) infans utero concluſus. Thema βρύω, ſcateo, pullulo.

Ἐμεγαλώσα, ας, ε, a. 1. ind. act. verbi μεγαλώω, quod vide.

Ἐμέγηρα, invidi, a. 1. ind. act. verbi μεγαίρω, invideo. f. αρῶ.

Ἔμεδα, 1. plur. aor. 2. med. ἔμαω, ἔσο, verbi ἵημι, mitto. fut. ήσω. perf. εἷκα. a. 1. ἧκα. a. 2. ὦ.

Ἐμέθεν, Att. pro ἐμέοθεν, Jon. pro ἐμοῦθεν, gen. ſing. ab ἐγὼ, ego.

Ἐμεθύθλιω, ης, η, 2. 1. paſſ. a μεθύω.

Ἐμεθύθησαν, 3. plur. aor. 1. ind. paſſ. verbi μεθύω, inebrio. Th. μέθυ, vinum.

Ἔμεινα, ας, ε, manſi, aor. 1. act. verbi μίμνω, maneo. f. μνῶ. p. μεμύνηκα. a. 1. inf. μεῖναι.

Ἐμεῖο, gen. Jon. & Poet. pro ἐμοῦ, ab ἐγὼ, ego.

Ἔμελε, curæ erat, imperf. imperſonalis verbi μέλει. fut. μελήσει. præter. μεμέλληκε.

Ἐμέλησε, curæ fuit, aor. 1. ind. verbi μέλει, curæ eſt, imperſonal.

Ἔμελλε, imperf. verbi μέλλω, futurus ſum.

Ἐμεμεκὼς, perf. part. activ. ab ἐμέω, vomo. f. ἐμέσω, & ήσω. p. ἐμεμεκα. & per Att. reduplicationem, ἐμεμεκα. a. 1. ἤμεσα. a. 1. imperat. act. ἔμεσον, άτω. a. 1. inf. act. ἐμέσαι.

Ἐμεμίγμλιν, ξω, κτο, pluſq. perf. verbi μίγνυμι, miſceo. f. μίξω. p. μέμιχα. aor. 1. ἐμίχα.

Ἐμέμφετο, 3. ſing. imperf. verbi μέμφομαι, incuſo. f. ψομαι.

Ἐμῆν, ſumus, Poet. pro ἐσμὲν, 1. plur præſ. ab εἰμὶ, ſum. Ἔμμεν, eſſe, Jon. pro εἶναι.

Ἔμμεν, & ἔμμεναι, Dor. pro εἶναι, aor. 2. inf. verbi ἵημι, mitto. Poteſt & ἔμμεν, eſſe 1. plur. aor. 2. act. ὦ, ῆς, in plur. ἧμεν, & ἔμμεν.

Ἐμμοίνα, 3. ſing. imperf. paſſ. μμοινάω, curo. Th. μμος, εος, τὸ, animus.

Ἔμμονον, imperf. act. verbi μμνω, maneo. f. μνῶ. a. 1. ἔμεινα.

Ἐμεῖσθαι, aor. 2. part. med. verbi ἵημι, mitto. f. ήσω. a. 2. ὦ. a. 2. med. ἐμάμην.

Ἐμέσας, a. 1. part. act. verbi ἐμέω, vomo. f. 1. έσω. perf. ἤμεκα. a. 1. ἤμεσα.

Ἐμετέθη, dimiſſus fuit, Jon. pro μεθείθη, a. 1. paſſ. a μεθίεμαι.

Ἐμεῦ, mei, gen. Æol. & Dor. pro ἐμοῦ, ab ἐγὼ, ego.

Ἐ ΜΕ Ω, vomo. f. έσω, & ήσω. p. ἤμεκα, & Attic. reduplic. ἐμήμεκα. a. 1. ἤμεσα. aor. 1. imperat. act. ἔμεσον, άτω. a. 1. inf. ἐμέσαι. Ducamus ab ἔω, emitto. unde analogice ἔμμα, emiſſio. Hinc apud Medicos medicamenta emetica.

Ἐμεωῦτῆ, Jon. pro ἐμαυτῆ, mei ipſius. Sic in acc. ἐμεωῦτόν.

Ἐμῆν, accuſ. ſing. f. g. ab ἐμὸς, ἡ, όν, meus, a, um. Th. ἐγὼ, ego.

Ἔμην, miſi, aor. 2. med. verbi ἵημι, mitto. a. 2. act. ὦ.

Ἐμῆνα, a. 1. ind. act. ἐμηνάμην, a. 1. med. verbi μαίνομαι, inſanio. fut. 2. med. μανοῦμαι. p. m. μέμηνα.

Ἐμῆνε, 3. ſing. imperf. act. verbi μηνίω. f. ίσω. vide in μῆνις, ἡ, ira.

Ἐμήνυθεν, Bœot. pro ἐμήνυθησαν, 3. plur. a. 1. ind. paſſ. verbi μηνύω, indico. f. ύσω. perf. μεμήνυκα. a. 1. ἐμήνυσα. a. 1. ſub. μηνύσω, ης, η. a. 1. ind. paſſ. ἐμηνύθην, ης, η. a. 1. part. paſſ. μηνυθείς, εῖσα, έν.

Ἐμήνυσεν, 3. ſing. a. 1. act. vide ἐμήνυθεν.

Ἐμήσατο, excogitavit, paravit, 3. ſing. a. 1. med. verbi μήδομαι, delibero, cogito, cum ſolertia quid facio. f. ήσομαι. Th. μῆδος, εος, τὸ, cura.

Ἐμηχανέατο, Jon. pro ἐμηχανῶντο, moliebantur, 3. pl. imperf. verbi μηχανάομαι, ῶμαι. Th. μηχανὴ, ῆς, ἡ, machina.

Ἐμίανα, ας, ε, aor. 1. ind. activ. verbi μιαίνω, polluo, quod vide.

Ἔμιγον, miſcui, a. 2. ind. act. ἐμίγλιν, aor. 2. paſſ. verbi μίγνυμι, miſceo. f. μίξω. p. μέμιχα.

Ἐμίμνα, maculavi, a. 1. ind. act. verbi μιαίνω. f. ανῶ, inquino, fœdo.

Ἔμικτο, Jon. pro ἐμέμικτο, 3. ſingul. pluſq. perf. paſſ. verbi μίγνυμι, miſceo. f. ξω. p. χα.

Ἐμιμήσω, 2. ſing. a. 1. med. verbi μιμέομαι, imitor. f. ήσομαι.

Ἔμιμνε, exſpectabat, 3. ſingul. imperf. verbi μίμνω, maneo. Th. μνῶ. f. νῶ, maneo. a. 1. ἔμεινα.

Ἐμὶν, & ἐμίνι, mihi, Doric. pro ἐμοὶ, dat. ſing. ab ἐγὼ, ego.

Ἔμιξε, aor. 1. ind. act. verbi μίγνυμι, miſceo. f. μίξω. a. 2. ἔμιγον.

Ἐμίσγετο, imperf. paſſ. verbi μίσγομαι, idem quod μίγνυμαι, miſceor. f. 1. paſſ. μιχθήσομαι. perf. μέμιγμαι. a. 1. paſſ. ἐμίχθω. aor. 2. ἐμίγλιν.

Ἐμίσησαν, oderunt, 3. plur. a. 1. activ. verbi μισέω, odi. f. ήσω. Th. μῖσος, εος, τὸ, odium.

Ἐμισθώσατο, 3. ſing. aor. 1. med. verbi μισθόω, mercede loco. Th. μισθὸς, ὸ, ὁ, merces.

Ἔμιχθεν, Bœot. ſeu Æol. ſyncop. pro ἐμίχθησαν, 3. pl. a. 1. paſſ. verbi μίγνυμι, miſceo. f. ξω.

Ἐμίχθλιν, a. 1. ind. paſſ. ejuſdem verbi.

Ἔμμα, Æol. pro εἷμα, ατος, τὸ, veſtis. ab ἕω, induo.

Ἔμμαθε, Poet. pro ἔμαθε, a. 2. ind. act. verbi μανθάνω, diſco, fut. μαθήσομαι. a. 2. ἔμαθον.

Ἐμμαίνομαι, adverſus aliquem inſanio. f. ἐμμανοῦμαι. Th. μαίνομαι, inſanio.

Ἐμμανουὴλ, ὁ, nomen Servatoris, ἀκλιτον, Θεάνθρωπος, Hebr. nobiſcum Deus.

Ἔμμαχος, ἡ, nomen caſtelli, ἀκλιτον. Hebr. propugnaculum.

Ἐμμαπέως, adverb. dicto citius. q. ἔμματῷ ἔπει. ab ἔπος, εος, τὸ, verbum. Th. ἔπω, dico.

Ἐμμαπέω, expon. ἐμμάπειν, ergo ab ἐμμάσσω, q. intus tango. Th. μάσσω, abſtergo.

Ἐμμεῖναι, a. 1. inf. act. verbi ἐμμένω, permaneo, quod vide.

Ἐμμέλεια, ας, ἡ, modulatio, concinnitas. quod ab ἐμμελὴς. vide in ἐμμελῶς.

Ἐμμελητέον, adject. verbale ab ἐμμελετάω, meditor. quod a μελετάω, curam gero. Th. μέλει, curæ eſt.

Ἐμμελῶς, & ἐμμελέως, concinne, apte. adverb. ab ἐμμελὴς, aptus, concinnus. ab ἐν, & μέλος, εος, τὸ, carmen.

Ἐμμεμαῶτα, præt act. part Jon. f. g. verbi μάω, cupio. f. μήσω. p. μέμηκα. perf. part. μεμηκὼς, ῶτα, ὸς, & per craſin μεμαὼς, ῶτα, ὸς.

Ἐμμεμαὼς, incitatus, gen. ῶτος, & per ectaſin Poet. μεμαῶτος. accuſ. ſing. ἐμμεμαῶτα, præt. act. part. m. g. vide ἐμμεμαῶτα.

Ἐμμένηνα, præt. med. verbi ἐμμαίνομαι, inſanio. ab ἐν, & μαίνομαι, idem. f. μανοῦμαι.

Ἔμμορε, ἔμμορα, & ἔμσναι, Poet. Æol. & Dor. pro εἶναι, eſſe. ab εἰμὶ, ſum.

Ἐμμορέως, adv. fortiter. a μορος, ος, τὸ, robur.

Ἐμμορῶ, ῶς, ῶ, permaneo, perſevero. præſ. inf. ἐμμορῶεν. f. ἐμμορῶ. perf. ἐμμεμορήκης. a. 1. ἐνεμόρα. ex ἐν, & μορῶ, maneo.

Ἔμμορος, υ, ὁ, ἡ, ſervans modum. ab ἐν, & μέτρον, υ, τὸ, menſura.

Ἐμμορος, υ, ὁ, ἡ, pro ἐμμορίος, menſtruus, a, um. Ex ἐν, & μὴν, μηνὸς, ὁ, menſis.

Ἐμμὶ, ſum, Doric. & Æol. pro εἰμὶ, exiſto.

Ἐμμορ, ὁ, nomen viri ἀκλιτον. Hebr. lutulentus.

Ἐμμορα, ας, ε, ſortitus ſum, per metathef. litterar. pro μέμορα, præt. med. verbi μείρω, divido, ſortior.

Ἐμμύλων, ωνος, ὁ, mola. Num. 11. 8. ἐν τῷ ἐμμύλωνι, ſed rectius, ἐν τῷ μύ-

μύλω. Th. μύλη, ης, ἡ, mola.

Ἐμάσαπε, Dor. pro ἐμνήσατο, 3. sing. a. 1. med. vide in ἔμνησα. Sic ἔμασεν, pro ἔμνησεν, memoriam renovavit.

Ἐμνήμυκε, pro ἤμυκα, perf. Att. per reduplic. & pleonasm. τὲ ν, ab ἠμύω, inclino, cado.

Ἔμνησα, memini, a. 1. ind. act. verbi μιμνήσκω, in memoriam revoco. f. μνήσω. præt. μέμνησα. præt. pass. μέμνημαι. a. 1. pass. ἐμνήσθην. Th. μνάομαι.

Ἐμνήσθη, ης, ἡ, memini, a. 1. ind. pass. a μνάομαι, recordor. vide ἔμνησα.

Ἐμνώοντο, pro ἐμνῶντο, memores erant, Poet. 3. plur. imperf. verbi μνάομαι.

Ἐμόγησα, ας, ε, laboravi, defessus fui, a. 1. ind. act. verbi μογέω. f. ήσω, tolero, laboro, Th. μόγος, ου, ὁ, labor.

Ἔμοιγε, mihi, dat. sing. ab ἐγὼ, ego. γε, adjectio Att.

Ἔμολε, venit, a. 2. act. verbi μολέω, sive μόλω, advenio.

Ἐμόλυνα, ας, ε, a. 1. ind. act. verbi μολύνω, inquino.

Ἐμός, ἡ, ὸν, meus, a, um. ab ἐμοῦ, mei, gen. ἐγὼ, ego.

Ἐμόχθει, 3. sing. imperf. act. ἐμοχθέομεν, 1. plur. a μοχθέω, laboro. f. ήσω. p. μεμόχθηκα. Th. μόχθος, ου, ὁ, labor, ærumna.

Ἔμπα, tamen, idem quod ἔμπας.

Ἐμπαγέντων, gen. plur. a. 2. part. pass. verbi ἐμπήγνυμι, infigo. ex ω, & πηγνύω, seu πήγνυμι, compingo. f. πήξω. p. πέπηχα. aor. 1. ἔπηξα. aor. 2. ἔπαγον. a. 2. pass. ἐπάγην. p. m. πέπηγα.

Ἐμπάζεαι, Jon. pro ἐμπάζῃ, 2. sing. sub. verbi ἐμπάζομαι, curo.

ΕΜΠΑΖΟΜΑΙ, curo, rationem habeo. f. άσομαι. hinc ἔμπαξ, ακτος, ὁ, curator. ἔμπαντος, penitus. ab ἔμπας.

Ἐμπαθέος, gen. sing. ab ἐμπαθής, ἐος, ὁ, ἡ, affectibus deditus. ex ω, & πάθος, εος, τὸ, morbus, affectus. Th. πάχω, patior. a. 2. ἔπαθον, præt. med. πέπονθα.

Ἐμπαιγμὸς, ου, ὁ, ludibrium. ab ἐμπαίζω, quod vide.

Ἐμπαίζω, illudo, cum dat. imperf. ἐνέπαιζον. fut. ἐμπαίξω. p. ἐμπέπαιχα. aor. 1. part. ἐμπαίξας, αντος, ὁ. perf. pass. ἐμπέπαιγμαι. aor. 1 pass. ἐνεπαίχθην. fut. 1. pass. ἐμπαιχθήσομαι. Th. παίζω, ludo. f. σω, & ξω.

Ἐμπαίκτης, ου, ὁ, irrisor. ab ἐμπαίζω, illudo. quod vide.

Ἐμπαίξομεν, 1. plur. fut. 1. act. verbi ἐμπαίζω, illudo, quod vide.

Ἔμπας, αντος, ἡ, gravida, prægnans, ἐγκύων. Th. παῖς, δός, ὁ, ἡ, puer, puella.

Ἐμπάλιν, retro, adverb. ἔμπαλιν γνώμης, præter sententiam. hic ἔμπαλιν περιτρέπεται, in contrarium delectationis. Th. πάλιν, rursus.

Ἐμπαλλάσσειν, Jon. pro ἐμπλέκειν, involvere, illaqueare. Alii per simplex λ, scribunt. vide in παλάσσω, inquiro.

ΕΜΠΑΣ, & Jonic. ἔμπης, & Att. vel Dor. ἔμπα, & ἔμπαν, tamen, omnino, prorsus. q. ab ω, & πᾶς, omnis.

Ἐμπάσσω, inspergo, intexo. Th. πάσσω, vel πάπω, conspergo, variego.

Ἔμπεδα, nom. plur. n. g. ab ἔμπεδον, firmum, tutum, & constans. ab ω, & πέδον, ου, τὸ, solum.

Ἐμπεδάω, ῶ, vel ἐμπεδέω, Jon. compedibus constringo, ex ω, & πεδάω. Th. πέδη, ης, ἡ, pedica.

Ἐμπεδέως, Poet. adverb. ab ἐμπεδος, firmiter, constanter, assidue. vide ἔμπεδος. Th. πέδον, solum.

Ἐμπεδόμοχθος, ου, ὁ, Poet. laboriosus, ærumnosus. ab ἔμπεδος, firmus. quod a πέδον, solum, & μόχθος, ου, ὁ, labor.

Ἔμπεδον, Poet. adv. quod ab ἐμπέδως, firmiter, tuto, perpetuo. vide ἔμπεδος.

Ἐμπεδοσκέειν, εῖν, fœdus servare, ab ἔμπεδος, firmus, quod ex ω, & πέδον, ου, τὸ, solum, & ὅρκος, ου, ὁ, jusjurandum.

Ἔμπεδος, ου, ὁ, ἡ, stabilis, firmus. hinc ἐμπέδως, firmiter. ab ω, & πέδον.

Ἐμπεδοσθενὴς, ἐος, ὁ, ἡ, qui firmum robur habet. ὁ ἔμπεδον σθένος ἔχων.

Ἐμπεδῶς, per crasin, pro ἐμπεδέως, quod vide.

Ἐμπειρία, ας, ἡ, peritia, prudentia. ab ἔμπειρος, peritus. Th. πεῖρα, ας, ἡ, conatus, inceptum.

Ἔμπελα, præs. imperat. verbi ἐμπελάω, idem quod πελάζω, appropinquo. Th. πέλας, adverb. prope.

Ἐμπελάδον, juxta, adverb. Th. πέλας, prope.

Ἐμπελάσαντες, inter se committentes, aor. 1. part. plur. num. ab ἐμπελάζω, appropinquo. Thema πέλας, prope, adverb.

Ἐμπεπαρμένος, perf. part. pass. verbi ἐμπείρω, infigo. f. ερῶ. perf. ἐμπέπαρκα. ab ω, & πείρω, transfigo.

Ἐμπεπισμένῳ τῷ φυλακῷ, custodia ejus fidei commissa. perf. part. pass. ex ω, & πίθω, credo. Th. πείθω, persuadeo.

Ἐμπεπραμένος, perf. part. pass. ab ἐμπιπράσκω, vendo. Th. πιπράσκω, vendo. f. πράσω. perf. pass. πέπραμαι. Th. περάω, idem.

Ἐμπερόνημα, ατος, τὸ, vestis fibulis adstricta. Dor. pro ἐμπερόνημα, quod a perf. pass. verbi περονάω. Th. περόνη, ἡ, fibula.

Ἔμπεσε, inciderat, pro ἐνέπεσε, 3. sing. a. 2. ind. act. ἐμπέσῃ, 3. sing. a. 2. sub. & in 3. plur. ἐμπέσωσι. ἐμπεσεῖν, a. 2. inf. verbi ἐμπίπτω, incido, ab ω, & πίπτω, cado. f. m. πεσοῦμαι. p. πέπτωκα. a. 2. ἔπεσον. a. 2. part. πεσών.

Ἐμπέσωσι, 3. pl. a. 2. sub. vide ἔμπεσε.

Ἔμπεπες, Dor. per syncop. & conversionem σ, in τ, pro ἐνέπεσες, 2. sing. aor. 2. act. ab ἐμπίπτω, incido. Vel est imperf. ab ἐμπέπτω, pro ἐμπίπτω, neglecto augmento. Th. πίπτω, cado. a. 2. ἔπεσον, & Dor. ἔπετον.

Ἐμπεφυῖα, implexa, perf. part. f. g. a φύω. perf. πέφυκα, & sublato κ, πέφυα. perf. part. πεφυὼς, πεφυῖα, & per syncop. πεφὼς.

Ἐμπεφύκη, innata est, 3. sing. a. 2. ind. pass. cum præt. augmento, pro ἐνεφύη, ab ἐμφύω, innascor. Alii dicunt esse 3. sing. perf. sub. act. πεφύω, ης, ῃ, pro πεφύκω, per syncopen, ut πέφυως, pro πεφυκὼς, sed tunc ι, subscribi deberet. Thema φύω, nascor. f. φύσω. perf. πέφυκα. a. 2. ἔφυν.

Ἐμπεφυῖα, implexa, part. perf. f. g. ab ἐμφύω. fut. ύσω. p. ἐμπέφυκα. & per syncop. ἐμπέφυα. perf. part. πεφυὼς, πεφυῖα. Th. φύω, nascor.

Ἔμπης, Jon. pro ἔμπας, tamen. quod vide.

Ἐμπιμπλάω, seu ἐμπίμπλημι, item ἐμπιπάω, impleo. ex ω, & πίμπλημι, quod cum πλήθω, ejusdem est originis, & significationis. f. ἐμπλήσω. p. ἐμπέπληκα. Th. πλέος, ου, ὁ, plenus.

Ἐμπίμπλανται, 3. plur. præs. ind. ἐμπίμπλαμαι, præs. inf. verbi ἐμπίμπλαμαι. vide ἐμπιμπλάω, impleo.

Ἐμπίπλη, impleto, Att. pro ἐμπίπλησθι, seu ἐμπίπλασθι, præs. imperat. verbi ἐμπίμπλημι. ab eodem them.

Ἐμπιπρασκόμενος, ου, ὁ, præs. part. ab ἐν, & πιπράσκω, vendo. perf. pass. πέπραμαι. a. 1. ἐπράσθην. Th. περάω, vendo.

Ἐμπίπω, incido. f. ἐμπέσω. p. ἐμπέπτωκα. aor. 1. ἐνέπεσα. aor. 2. ἐνέπεσον. f. med. ἐμπεσοῦμαι. ab ἐν, & πίπτω, cado. p. πέπτωκα.

ΕΜΠΙΣ, ἰδος, ἡ, culicis genus. q. ab ἐμπίνω, quia sorbet sanguinem ex cute.

Ἐμπιστεύω, credo, committo. quod ab ἐν, & πιστεύω, credo, quod vide.

Ἐμπλακεὶς, έντος, ὁ, implicatus, a. 1. part. pass. ab ἐμπλέκω, implico, quod vide.

Ἐμπλακτέω, fut. άσω, subigo, versando mollio. unde ἐμπλαστικὰ medicamenta. Th. πλάσσω, fingo.

Ἔμπλειν, ης, ἡ, plena. Jonic. ab ἔμπλεος, quod ab ἔμπλεος, idem quod simplex thema πλέος, plenus.

Ἐμπλείμεν, a. 2. opt. med. verbi ἐμπίμπλημι, seu ἐμπίμπλημι, impleo. ut θείμεν, ex τίθημι. Th. πλέος, plenus.

Ἐμπλέκω, implico, irretio. f. ἐμπλέξω. p. ἐμπέπλεχα. a. 1. ἐνέπλεξα. a. 2. ἐνέπλακον. præs. pass. ἐμπλέκομαι. cum dat. perf pass. ἐμπέπλεγμαι. a. 2. pass. ἐνεπλάκην. a. 2. part. pass. ἐμπλακεὶς, έντος, ὁ. p. m. ἐμπέπλοκα, unde ἐμπλοκὴ, nodus. ab ἐν, & πλέκω, necto.

Ἔμπλεος, idem quod πλέος, plenus.

Ἐμπλήθω, impleo. f. ἐμπλήσω. p. ἐμπέπλησμαι. a. 1. ἐνέπλησα. perf. pass. ἐμπέπλησμαι, impletus fui. a. 1. pass. ἐνεπλήσθην. a. 1. sub. pass. ἐμπλησθῶ, ab ἐν, & πλήθω. Th. πλέος, ου, ὁ, plenus.

Ἐμπλήμενος, per syncop. pro ἐμπλησάμενος, a. 1. part. med. verbi ἐμπίμπλημι, impleo. Sunt qui velint esse præs. part. verbi πλῆμι, a πλήθω. Sed apud Suid. scribitur ἐμπλησάμενος, qui præteritum esse innuit, augmento carens. Th. πλέος, plenus.

Ἔμπλην, prope, adverb. ab ἐμπλάω, vel ἐμπλάζω, per syncop. pro ἐμπελάζω, appropinquo. Th. πέλας, prope.

Ἐμπλησάτο, Jon. pro ἐνεπλήσατο, 3. sing. a. 1. m. verbi ἐμπίμπλημι, seu ἐμπλήθω. f. ἐμπλήσω. Th. πλέος, ου, ὁ, plenus.

Ἐμπλησθεὶς, έντος, ὁ, a. 1. part. pass. ἐμπλησθῆναι, aor. 1. inf. ab ἐμπλήθω, f. σω, impleo. Th. πλέος.

Ἔμπλοκὴ, ῆς, ἡ, nodus, implicatio. ab ἐμπλέκω, implico. Th. πλέκω, necto.

Ἐμπνεύσαις, Æolic. pro ἐμπνεύσας, quod vide.

Ἐμπνεύσας, αντος, ὁ, a. 1. part. act. ab ἐμπνέω, quod vide.

Ἐμπνέω, inspiro, spiro, cum gen. f. ἐμπνεύσω. p. ἐμπέπνευκα. a. 1. ἐνέπνευσα. Th. πνέω, spiro.

Ἔμπνοος, & ἔμπνους, spirans, vivus. acc. ἔμπνευν, ab ἐμπνέω, inspiro. Th. πνέω.

Ἐμπνύθη, respiravit, pro ἐνεπνύθη, 3. sing. a. 1. pass. a πνύμαι, sapio. perf. πεπνυμαι. perf. part. πεπνυμένος, sapiens. Th. πνέω, spiro. f. πνεύσω.

Ἐμπόδιον, ου, τὸ, impedimentum, ex ἐν, & πούς, pes.

Ἐμποδοσαπέω, impedio. f. ήσω. p. ἐμπεποδοσάπηκα. ex ἐμποδών, ante pedes. quod ab ἐν, & πούς, & ἵζαμαι, sto.

Ἐμποδὼν, ante pedes. ὁ ἐμποδὼν, obvius. ab ἐν, & πούς, ποδὸς, ὁ, pes.

Ἔμπροθεν, coram, Dor. ex ἔμπροσθεν, in conspectu. ab ἐν, & πρὸ, ante. Alii pro ποδέν.

Ἐμποίησαν, fecerunt, pro ἐνεποίησαν, 3. plur. a. 1. Jon. verbi ἐμποιέω, induco, infero. Th. ποιέω, facio. f. ήσω.

Ἐμπολὰ, ᾶς, ἁ, Dor. pro ἐμπολὴ, ἡ, mercatura, negotiatio. Th. πωλέω, vendo.

Ἐμπολᾶος, ου, ὁ, Mercurius, præses ἐμπολῶν.

Ἐμπολάω, & έω, veneo, comparo. vide ἐμπολόωντο.

Ἐμπολέμιος, ὁ, pro ἐμπόλεμος, & πολεμικὸς, bellicus, ad bellum pertinens. Th. πόλεμος, bellum.

Ἐμπόλημα, ατος, τὸ, negotiatio, lucrum. Th. πωλέω, vendo.

Ἐμπο-

REAL ACADEMIA ESPAÑOLA

Ε᾽μπολόωντο, sibi comparabant, pro ὠνεπολλῶντο, Jonic. 3. plur. imperf. pass. verbi ἐμπολάω, idem quod ἐμπολέω, seu ἐμπωλέω. Th. πωλέω, vendo.

Ε᾽μπορδόμαι, nundinor, mercor. f. δ. σομαι. a. 1. med. ὠνεπορδσάμην, ω, ατο, quod ab ἔμπορ-ος, ου, vector, mercator. ab ἐν, & πόρ-ος, transitus. Them. πείρω, transeo. p. m. πέπορα.

Ε᾽μπορδέσθωσαν, 3. pl. imper. præs. pass. verbi ἐμπορδόμαι, mercor, quod vide.

Ε᾽μπορία, ας, ἡ, mercatura. acc. sing. Jon. ἐμπορίην. ab iisdem them.

Ε᾽μπόριον, ου, τὸ, forum nundinarium, mercatus. a πείρω.

Ε᾽μπορ-ος, ου, ὁ, ἡ, mercator. q. ἐν πόρῳ ὤν, qui est in via. inde ἐμπορικός, ή, mercatorius. ab eodem them.

Ε᾽ΜΠΟΥΣΑ, ης, ἡ, Empusa, spectrum, quod Hecate infortunatis ostendebat, pede æreo, & asinino, q. ἐν ποδὶ ποδίζουσα.

Ε᾽μφανέ-ος, ου, ὁ, ἡ, dicitur de re, quæ fieri, conficique potest. ab ἐν, & φαόω, facio.

Ε᾽μφερέσειν ὠν ἀνδράσιν, inter homines conspicuum esse, decus inter homines obtinere. a φέρω, decorus sum.

Ε᾽μφρήθω, incendo. f. ήσω. p. ἐμπέφρηκα. a. 1. ἐνέφρησα. Th. φρήθω, uro.

Ε᾽μφρήσεις, 2. sing. f. 1. act. ἐμφρήσειν, f. 1. inf. verbi ἐμφρήθω.

Ε᾽μφρηθείς, incensus, aor. 1. part. pass. verbi ἐμφρήθω. f. ήσω. perf. pass. πέφρησμαι. aor. 1. ὠνεφρήθην. ab ὠν, & φρήθω, uro.

Ε᾽μφρησις, ιος, ἡ, Jon. pro ἐμφρησμός, incensio. Th. φρήθω, uro.

Ε᾽μφριθείς, sectus, aor. 1. part. pass. ab ἐμφρίω, serra incido. aor. 1. pass. ὠνεπρίθην, ab ὠν, & πρίω, serra seco.

Ε᾽μφροσθεν, coram, ante. φροσθεν, idem. cum gen. Th. πρὸ, ante, coram.

Ε᾽μπροσθι-ος, ου, ὁ, anterior. ab ἔμπροσθεν, quod vide.

Ε᾽μπτύω, inspuo, f. ἐμπτύσω. p. ἐμπέπτυκα. aor. 1. ἐνέπτυσα, cum dat. vel seq. εἰς. perf. pass. ἐμπέπτυσμαι. a. 1. pass. ὠνεπτύσθην. f. 1. pass. ἐμπτυσθήσομαι. ab ὠν, & πτύω, spuo.

Ε᾽μυθολόγησα, ας, ε, aor. 1. ind. activ. verbi μυθολογέω, fabulas narro, f. ήσω. ex μῦθ-ος, ου, ὁ, fabula, & λέγω, dico.

Ε᾽μυκον, mugivi, a. 2. activ. verbi μυκάω, mugio. f. ήσω.

Ε᾽μφαίνεσι, 3. plur. præs. ind. verbi ἐμφαίνω, repræsento, illustro. ex ὠν, & φαίνω, ostendo. f. φανῶ. a. 1. ἔφηνα. a. 2. ἔφανον. p. πέφαγκα. præt. med. πέφανα.

Ε᾽μφανής, έ-ος, ὁ, ἡ, conspicuus, manifestus. hinc ἐμφανέως, Jon. pro ἐμφανῶς, aperte, ab ἐμφαίνω, quod vide in ἐμφάνεσι.

Ε᾽μφανίζω, indico, ante oculos pono. f. ίσω. a. 1. ὠνεφάνισα. aor. 1. imperat. ἐμφάνισον, άτω. ἐμφανίσατε, 2. plur. Sic ὠνεφανίσθην, aor. 1. ind. pass. ἐμφανισθῆναι, aor. 1. inf. pass. ab ὠν, & φαίνω, ostendo.

Ε᾽μφερὴς, έ-ος, ὁ, ἡ, similis, quod refert aliquid. ab ἐμφέρομαι. quod ex ὠν, & φέρω, fero.

Ε᾽μφοβ-ος, ου, ὁ, ἡ, perterritus, metu perculsus. ab ἐν, & φόβ-ος, ου, ὁ, metus. a φέβομαι, timeo. p. m. πέφοβα.

Ε᾽μφορεῶζ, repleri, saturari. vide in ὠνεφορέετο.

Ε᾽μφράπω, obturo. vide φράπω. ἐμφράξηται, a. 1. sub. med.

Ε᾽μφρων, ονος, ὁ, ἡ, memor, sapiens. ab ὠν, & φρὴν, ενὸς, ἡ, mens.

Ε᾽μφυὴς, έος, ὁ, ἡ, Poet. natura insitus, & ingenitus, naturalis. idem quod ἔμφυτος. hoc vide.

Ε᾽μφυλος, ου, & ἐμφύλιος, ου, ὁ, ἡ, intestinus. ex ὠν, & φυλὴ, ῆς, ἡ, tribus.

Ε᾽μφὺς, ῦσα, ὺν, inhærens. ab ἔμφυμι, innascor. vide in φύς.

Ε᾽μφυτος, ου, ὁ, ἡ, innatus, nativus. ab ὠν, & φυτὸς, natus. Them. φύω, nascor.

Ε᾽μψυχος, ου, ὁ, ἡ, in quo anima est, spirans, vivus. ab ὠν, & ψυχὴ, ῆς, ἡ, anima, vita.

E N

Ε᾽Ν, in, regit dat. & significat quietem, ὠὶ, & ὠν, dicunt Poetæ pro ὠν. q. ab ἔω, sum. Indicat aliquid esse alicubi. In N. Testamento est sæpe pro διὰ, aut πλεονάζει, more Hebræorum. Vertitur etiam per, cum, ut ὠν φόβῳ. & inter, ut ὠν ὑμὶν. & propter, ad, de, apud, pro, erga, pro διά. Et ὠν, cum accus. pro εἰς. Et ὠν, pro ἔνδον, ibi, & ἔνι, pro ἔνεστι, licet.

Ε᾽ν, unum, nom. sing. n. g. ab εἷς, μία, ἕν, unus, a, um.

Ε᾽ν ἀμοίβοντι, scil. χρόνῳ, id est, alternatim, alternis vicibus.

Ε᾽να, ας, ἁ, Dor. pro ἔνη, ης, ἡ, vesperi, sero. Them. ἔνος, ου, ὁ, annus.

Ε᾽ναγεν, inducere, incitare. Th. ἄγω.

Ε᾽ναγὶς, ὁ, ἡ, piaculo obstrictus. ὁ ὠν τῷ ἄγει ὠνεχόμενος.

Ε᾽ναγίζειν, justa persolvere, parentare. Them. ἄγος, εος, τὸ, veneratio, res sacra.

Ε᾽ναγκαλίζομαι, in ulnas recipio, amplector. fut. ίσομαι. a. 1. med. ὠνηγκαλισάμην, ω, ατο. a. 1. part. med. ἀναγκαλισάμενος. ex ἀγκάλη, ης, ἡ, ulna. Th. ἀγκαὶ, αἱ, ulnæ.

Ε᾽ναγκωνίεις, Atticè pro ὠναγκωνίσεις, f. 1. verbi ὠναγκωνίζω, cubito incumbo, inclino. ex ὠν, & ἀγκὼν, ῶνος, ὁ, cubitus.

Ε᾽ναγχος, nuper, ab ὠν, & ἄγχι, prope.

Ε᾽ναγωνίζεσθαί τινι, adversari, seu resistere alicui. quod ab ἀγωνίζομαι, certo. Th. ἀγὼν, ῶνος, ὁ, certamen.

Ε᾽ναγών-ος, ου, ὁ, qui in certaminibus versatur, certaminum studiosus. Th. ἀγὼν, certamen.

Ε᾽ναιε, habitabat, 3. sing. imperf. verbi ναίω, habito. f. σω. p. νένασμαι.

Ε᾽ναίρειν, præs. inf. act. ab ἐναίρω, quod vide.

Ε᾽ΝΑΙΡΩ, occido, interficio, spolio. f. αρῶ. aor. 1. ἔνηρα. aor. 1. med. ἐνηράμην. q. ab ὠν, & αἴρω, tollo. Inde τὰ ἔναρα, spolia, quibus occisi spoliantur.

Ε᾽ναίσιμος, ου, ὁ, ἡ, fatalis, aliquid portendens, idoneus, decens, &c. ab ὠν, & αἶσα, ης, ἡ, fatum, Parca, pars.

Ε᾽ναλίγκιος, ου, ὁ, ἡ, similis. ab ὠν, & ἀλίγκιος, ου, ὁ, ἡ, idem.

Ε᾽νάλιος, ου, ὁ, ἡ, marinus, maritimus. q. d. ὠν ἁλὶ, sc. ὤν. ex ἅλς, ἁλὸς, ἡ, mare.

Ε᾽ναλλαξ, alternatim, vice versa, adv. ab ὠναλλάσσω, permuto, alterno. quod ab ὠν, & ἀλλάσσω, vel ττω, muto, f. ξω.

Ε᾽ναλλάσσω, εις, ε, & in 1. plur. ὠναλλάσσομεν, permutamus. ab ὠν, & ἀλλάσσω, muto. f. ξω. p. ἤλλαχα.

Ε᾽ναλος, ου, ὁ, ἡ, varius, diversus. ἔναλλα, proprie dicuntur ea, quæ vicissim altera in alterorum naturam migrant.

Ε᾽ναλόντες, nom. plur. a. 2. part. act. ab ἐναλίσκω. ab ὠν, & ἁλίσκω, capio. fut. ἁλώσω. p. ἤλωκα, & ἐάλωκα. aor. 2. ἦλων. aor. 2. inf. ἁλῶναι. aor. 2. part. ἁλὸς, ἁλόντ-ος, q. ab ἄλωμι.

Ε᾽ναντα, contra. vel pro ἐναντίον. ab ὠν, & ἄντα, coram, aperte. Thema ἀντὶ, pro, contra, &c.

Ε᾽ναντι, coram, ante, cum genit. ex ὠν, & ἀντὶ, pro, contra, &c.

Ε᾽ναντία, ας, ἡ, f. g. ab ἐναντίος, quod vide.

Ε᾽ναντίβιον, adverb. adversus, contra. ab ἐναντίβιος, ου, ὁ, ἡ, adversarius. q. vim contrariam habens. q. ἐναντίαν βίαν ἔχων. ex ἀντὶ, contra, & βία, vis.

Ε᾽ναντιόομαι, ὦμαι, & in 3. sing. ἐναντιῶται, adversatur. ab ὠναντίος, quod vide.

Ε᾽ναντίος, ία, ον, contrarius, a, um. ἐξ ὠναντίας, e regione. ὠάντιον, idem quod ἔναντι.

Ε᾽ναντίωμα, ατος, τὸ, adversatio. ab ὠναντίος, quod vide.

Ε᾽ναξε, a. 1. ind. act. verbi νάσσω, æquo, ac complano. f. ξω.

Ε᾽ναπεδείκνυντο, Jon. pro ὠναπεδείκνυντο, se ostentabant, 3. plur. imperf. pass. ex ὠν, ὀπὶ, & δείκνυμι, ostendo.

Ε᾽ναποθνήσκω, morior. ex ὠν, ὀπὶ, & θνήσκω, morior. f. θανοῦμαι.

Ε᾽ναρα, τὰ, spolia, arma, quæ interfectis detrahuntur. ab ὠαίρω, occido, spolio.

Ε᾽ναργὲ, Dor. pro ὠήργει, 3. sing. imperf. act. ab ἐνεργέω, operor. quod vide.

Ε᾽ναργέως, aperte, adv. ab ὠναργὴς.

Ε᾽ΝΑΡΓΗΣ, έος, ὁ, ἡ, clarus, evidens. q. ab ὠν, & ἀργὸς, albus, clarus. Nam & λώνακος, clarus.

Ε᾽ναρὴς, έος, ὁ, ἡ, execrandus. Ex ὠν, & ἀρὰ, ᾶς, ἡ, diræ, preces. Sic ὠάρεες dici videntur, quæ ὠαρέες vocantur.

Ε᾽ναρίζω, interficio, spolio. ab ὠαίρω, quod vide.

Ε᾽ναρίμβροτος, ου, ὁ, qui cædit mortales, homicida. ab ὠαίρω, interficio, & βροτὸς, mortalis.

Ε᾽νάριξε, aor. 1. ind. act. Poet., & Dor. pro ὠνάριστε. ἀναρίξαι, 3. singul. fut. 1. opt. activ. verbi ἐναρίζω, interficio, quod vide.

Ε᾽ναρκεσα, ας, ε, aor. 1. ind. act. verbi ναρκέω, torpeo. Th. νάρκη, ης, ἡ, torpedo. Alii leg. ὠάρκησα, ας, ε.

Ε᾽ναρμόξαι, Dor. pro ὠαρμόσαι, aptare, aor. 1. inf. activ. ab ὠαρμόζω. fut. σω. Th. ἄρω, apto.

Ε᾽ναρξάμην, a. 1. part. med. ab ὠάρχομαι, incipio, quod vide.

Ε᾽ναρον, interfecerunt, 3. plur. aor. 2. act. pro ἔνηρον, vel ὠάρον, ες, ε, verbi ὠαίρω, occido.

Ε᾽ναρφόρος, spoliator, pro ὠαρηφόρος, ab ἔναρα, τὰ, spolia, & φέρω, fero.

Ε᾽νάρχομαι, incipio. f. ὠάρξομαι. aor. 1. m. ὠηρξάμην, ω, ατο, cæpi. a. 1. med. part. ὠάρξάμενος. ab ἐν, & ἄρχομαι, incipio. fut. ἄρξομαι. Th. ἀρχὴ, ῆς, ἡ, initium.

Ε᾽νάσθη, habitavi, a. 1. pass. verbi νάω, inusit. pro ναίω, habito.

Ε᾽νασσα, habitandi causa collocavi, aor. 1. ind. act. Poet. ὠνασσάμην, ω, ατο, aor. 1. m. Poet. a νάω, pro ναίω, habito.

Ε᾽νάτη, nona, Poet. pro ὠνάτη. ab ὠνέα, novem.

Ε᾽ναῖειν, Jon. & Poet. pro ὠάπτειν, incendere. Th. αὔω, accendo.

Ε᾽ναυλισάμην, moratus, aor. 1. part. med. ab αὐλίζομαι, diversor. Them. αὐλὴ, ῆς, ἡ, stabulum, aula.

Ε᾽ναυλος, ου, ὁ, ἡ, tibiis personans. ab ὠν, & αὐλὸς, ὁ, tibia. Est & ἔναυλος, ου, ὁ, stabulum. Th. αὐλὴ, ῆς, ἡ, aula, atrium.

Ε᾽νδαὶς, ίδος, ἁ, Doric. pro Ε᾽νδηὶς, nomen propr.

Ε᾽νδ᾽, Poet. pro ὠὖ δ᾽, vel ἐπῆσαν δ᾽, inerat vero, vel inerant. Tum ἔν δ᾽, Jon. pro ἔπι δέ.

Ε᾽νδεδυμένοι, induti, perf. part. pass. ab ὠδύω, induo. f. ύσω. p. ὠδέδυκα. aor. 1. ὠέδυσα. ab ὠν, & δύω, induo.

Ε᾽νδεὴς, έος, ὁ, ἡ, indigus, egenus, ab ὠν, & δέω, opus habeo. unde δεῖ, opus est.

Ε᾽νδεια, ας, ἡ, inedia, ab ὠνδεὴς, quod vide.

Ε᾽νδεκάγαμος,

Ἔνδειγμα, ατος, τὸ, manifestum indicium. ab ἐνδείκνυμι, quod vide.

Ἐνδείκνυμι, indico. præs. pass. ἐνδείκνυμαι, σαι, ται, ostendor. & in 3. plur. ἐνδείκνυνται. præs. inf. ἐνδείκνυσθαι, f. med. ἐνδείξομαι, prær. pass. ἐνδέδειγμαι. a. 1. m. ἐνεδειξάμην, ω, απο. a. 1. imperat. m. ἔνδειξαι, άσθω. aor. 1. sub. m. ἐνδείξωμαι, ῃ, ηται. ab ἐν, & δείκνυμι, ostendo.

Ἐνδείκτο, pro ἐνεδέδεκτο, ostensus erat, 3. sing. plusq. perf. pass. verbi ἐνδείκνυμι, quod vide.

Ἔνδειξις, εως, ἡ, demonstratio, indicium, ab eodem them.

Ἕνδεκα, οἱ, αἱ, τὰ, undecim, ἄκλιτον. ex ἓν, unum, & δέκα, decem.

Ἐνδέκατος, & in m. g. ἐνδεκατος, undecimus. ab ἕνδεκα, quod vide.

Ἐνδέκεσθαι, Jon. pro ἐνδέχεσθαι, admittere, probare. Th. δέχομαι.

Ἐνδελέχεια, Att. pro ἐντελέχεια, ας, ἡ, perfectio, assiduitas. quod ab ἐντελεχὴς, perfectus, hoc ab ἐντελὴς, perfectus, integer. ab ἐν, τέλος, εος, τὸ, finis, & ἔχω, habeo.

Ἐνδελεχίζω, assiduus sum, continuo. ἐνδελεχισμὸς, continuatio, vide in ἐνδελέχεια.

Ἐνδέξιος, α, ον, qui est ad dextram, prosper, faustus. Hinc ἐνδέξια, adverb. apte, dextre. Them. δεξιὰ, ᾶς, ἡ, dextra.

Ἐνδέχομαι, ῃ, εται, admitto, recipio. fut. ἐνδέξομαι. p. ἐνδέδεγμαι. ἐνδέχεται, impersonale, fieri potest. Them. δέχομαι, capio.

Ἐνδημέω, incolo. fut. ήσω. p. ἐνδεδήμηκα. ab ἔνδημος, manens cum populo suo. ex ἐν, & δῆμος, ου, ὁ, populus.

Ἐνδήμιος νῦσος, morbus cuidam populo peculiaris. ab eodem them.

Ἐνδήμοισι, dat. pl. Jon. ἐνδήμων, genit. plur. ab ἔνδημος, ου, ὁ, qui est in populo. Th. δῆμος, ου, ὁ, populus.

Ἐνδιάσκιον, Jon. pro ἐνδίαιον, 3. plur. imperf. act. verbi ἐνδιάω, meridior, in loca umbrosa deduco. Them. ἔνδιος, meridianus.

Ἐνδιαθρύπτεσθαι, ludificari. ἐνδιαθρύπτω, per delicias illudo. Ex ἐν, διὰ, & θρύπτω, frango, quod vide.

Ἐνδιατρῖπτέον, immorandum, verbale ab ἐνδιατρίβω, immoror. ex ἐν, διὰ, & τρίβω, tero. f. ψω.

Ἐνδιδόναι, cedere, remittere, præs. inf. ex ἐν, & δίδωμι, do.

Ἐνδιδύσκομαι, induor, cum acc. imperf. ἐνδιδυσκόμην, ου, επο, est verbum frequentativ. verbi ἐνδύομαι, induor. ab ἐν, & δύω.

Ἐνδίεσαν, incitabant, pro ἐνδίεσαν, 3. pl. imperf. ab ἐνδίω, verbi ἐνδίημι, immitto. Alii volunt esse a. 2. act. 3. pl. ex ἐν, διὰ, & ἵημι, mitto. Alii imperf. pro ἐνδίεσαν, ab ἐνδίημι, (ut ἐπίθεσαν, a τίθημι) pro ἐνδίωκον, ut sit, insecuti sunt. Th. δίω.

Ἔνδικος, ου, ὁ, ἡ, Poet. pro δίκαιος, justus. ab ἐν, & δίκη, ης, ἡ, jus.

Ἔνδινα, τὰ, intestina. ab ἔνδον, intus.

Ἔνδιος, ου, ὁ, meridianus. Et ἔνδιον substantive ponitur pro διαβιβᾷ, sede. Hinc ἐνδιάω, meridior. q. ab ἐν, & διὸς, genit. a ζεὺς, aer. sub dio, id est, sub aperto aere.

Ἔνδοθεν, & ἔνδοθι, Poet. intus, in. ab ἔνδον, idem.

Ἔνδοι, Doric. pro ἔνδον, intus. quod vide.

Ἐνδομάχας, α, ὁ, Poet. & Dor. pro ἐνδομάχης, ου, ὁ, intus, vel domi pugnans. ab ἔνδοι, intus, & μάχομαι, pugno.

Ἔνδομυχία, supellex. quæ sunt σκεύη ἔνδον μένοντα.

Ἐνδόμυχος, ου, ἡ, pila, moles erecta ad mœnia fulcienda. ab inusitat. ἐνδομέω. Th. δέμω, struo.

Ἔνδομυχος, intestinus: ex ἔνδον, intus, & μυχὸς, οῦ, ὁ, penetrale.

Ἔνδον, intus, adverb. & pro ἐν. Hinc ἔνδοθεν, ex interiori loco. ἔνδοθι, intus. οἱ ἔνδον, domestici.

Ἐνδοξάζω, glorifico. f. άσω. p. ἐνδεδόξακα. perf. pass. ἐνδεδόξασμαι. a. 1. pass. ἐνεδοξάσθην, ης, η. aor. 1. sub. pass. ἐνδοξασθῶ. aor. 1. inf. ἐνδοξασθῆναι. ab ἐν, & δόξα, gloria. Them. δοκέω, videor.

Ἐνδοξασθῇ, 3. sing. a. 1. sub. pass. verbi ἐνδοξάζω, glorifico, quod vide.

Ἔνδοξος, ου, ὁ, ἡ, nobilis, gloriosus. ἔνδοξα, τὰ, res gloriosæ. in superl. ἐνδοξότατος. ab eodem them.

Ἔνδρυον, ου, τὸ, cor, & medulla arboris, ex ἐν, & δρῦς, υὸς, ἡ, quercus.

Ἐνδρυώδης, εος, ὁ, ἡ, nemorosus. ab ἐν, & δρυώδης, quernus. Th. δρῦς, δρυὸς, ἡ, quercus.

Ἐ'ΝΔΥΚΕ'ΩΣ, prompto animo, diligenter. Poet. adv. φιλοτίμως, ἀξίως.

Ἐνδυκὴς, & ὲς, promptus, benignus. Eustat. ducit ab ἐν, & δέκω (pro δεξιόμαι) ut proprie sit, libenter recipiens.

Ἐνδυμωρία, vide ἐνδομυχία, supellex.

Ἔνδυμος, ατος, τὸ, vestimentum. ab ἐνδύω, induo, quod vide.

Ἐνδυναμόω, corroboro. f. ώσω. p. ἐνδεδυνάμωκα. a. 1. ἐνεδυνάμωσα. imperf. pass. ἐνεδυναμούμην, ούμην, ούσο, οῦ, οῦτο, οῦντο. aor. 1. pass. ἐνεδυναμώθην. ex ἐν, & δυναμόω, roboro. Them. δώσαμαι, possum.

Ἐνδυσπέτες, nom. pl. præs. part. ab ἔνδυμι, vel a. 2. part. ab ἐνέδυν, verbi ἐνδυόω, quod vide.

Ἐνδυόω, irrepo. f. ἐνδύσω. a. 2. ἐνέδυν, υς, υ. ab ἐν, & δύω, δυόω, & δῦμι, subeo.

Ἔ'ΝΔΥΟ, celeriter, ocyus. q. duobus momentis.

Ἐνδύσα, induta, a. 2. part. f. g. ab ἐνδὺς, ὑτος, verbi ἔνδυμι. Them. δῦμι, vel δύω, subeo.

Ἐνδυσάμενος, η, ον, a. 1. part. med. ab ἐνδύω, induo.

Ἐνδύσασθε, 2. plur. a. 1. imperat. med. ἐνδύσατε, 2. plur. a. 1. imperat. act. ab ἐνδύω, induo, quod vide.

Ἔνδυσις, εως, ἡ, amictus, ab ἐνδύω.

Ἐνδύω, induo, regit dupl. acc. fut. ύσω. aor. 1. ἐνέδυσα. perf. ἐνδέδυκα. perf. pass. ἐνδέδυμαι. a. 1. med. ἐνεδυσάμην, ω, απο. aor. 1. imperat. med. ἔνδυσαι, άσθω. aor. 1. sub. med. ἐνδύσωμαι, ῃ, ηται, & in 2. plur. ἐνδύσησθε. ab ἐν, & δύω, seu δυόω, subeo.

Ἐνέβαλον, ες, ε, a. 2. ind. act. verbi ἐμβάλλω. vide ἔμβαλε.

Ἐνεβίβασαν, a. 1. ind. act. verbi ἐμβιβάζω, impono. f. άσω. ab ἐν, & βιβάζω. Th. βαίνω, incedo, eo.

Ἐνεβομπάμην, ω, απο, graviter interminatus sum, aor. 1. m. verbi ἐμβομβέομαι, fremo. Th. βρέμω, idem.

Ἐνεγγύησα, spopondi, aor. 1. Jonic. pro ἐνεγγύησα, verbi ἐνεγγυάω. ab ἐν, & ἐγγύη, ης, ἡ, sponsio.

Ἐνέγκαι, tulisse, a. 1. inf. act. ἐνέγκας, a. 1. part. ab ἐνεγκεῖν, aor. 1. act. ἤνεγκαντο, 3. plur. a. 1. med. Jon. ἐνεγκασθαι, a. 1. inf. med. ἐνεγκάτω, 3. sing. a. 1. imperat. act. verbi φέρω, fero. f. οἴσω.

Ἐνεγκεῖν, a. 2. inf. act. ab ἤνεγκον, aor. 2. ind. ἐνεγκὼν, part. aor. 2. ejusdem verbi.

Ἐνεγκον, aor. 2. ind. Jon. ἐνεγκὼν, aor. 2. part. ab inusitat. ἐνέγκω, pro φέρω, fero. q. ab ἐνέχω. vel ab ἐν, & ἐγγύς.

Ἐνεδίδε, 3. sing. imperf. act. quasi a δίδω. vide ἐδίδεν.

Ἐνέδρα, ας, ἡ, insidiæ, & τὸ ἐνεδρον, ου, idem. Hinc ἐνεδρεύω, insidior, cum acc. f. εύσω. p. ἐνεδρεύκα. ab ἐν, & ἕδρα, ας, ἡ, sedes, sessio. Th. ἕζομαι. f. ἑδέομαι, sedeo.

Ἐνεδρεύων, οντος, ὁ, præs. part. ab ἐνεδρεύω, insidior, quod ab ἐνέδρα, quod vide.

Ἐνέδυσα, ας, ε, & in 3. plur. ἐνέδυσαν, verbi ἐνδύω, induo. ab ἐν, & δυόω, vel δύω, subeo.

Ἐνέηκε, ας, ε, pro ἔνεικε, sive ἤνεγκε, aor. 1. ind. act. verbi ἐνείκω, pro ἐνέγκω, inusit. Th. φέρω, fero.

Ἐνέηκον, Poet. & Jon. pro ἐνῆκον, aor. 1. vel perf. act. verbi ἐνίημι, immitto. ab ἐν, & ἵημι, mitto. Th. ἔω, mitto, statuo, induo.

Ἐνεθεὶς, έντος, dilutus, infusus, aor. 1. part. pass. ἐνεθῆναι, aor. 1. inf. pass. ab ἐνίημι. vide ἐνέηκον.

Ἐνέθηκε, ας, ε, aor. 1. act. verbi ἐνίθημι, impono. f. θήσω. p. τέθεικα. a. 2. ἔθλω.

Ἐνεθυμήθη, pœnituit, 3. sing. a. 1. ind. pass. ab ἐνθυμέομαι, quod vide.

Ἐνείαν, præs. opt. ab ἔνειμι, insum, quod ab ἐν, & εἰμὶ, sum. vel aor. 2. opt. act. ab ἐνίημι, immitto. facit enim ἵημι in a. 2. opt. act. εἶν. ut τίθημι, θείην.

Ἔνεικα, Poet. pro ἕνεκα, propter, quod vide.

Ἔνεικα, ας, ε, attuli, aor. 1. Poet. pro ἤνεγκα. ἐνείκαι, a. 1. inf. act. sed ἐνείκαι, 3. sing. a. 1. opt. act. ἐνείκας, a. 1. part. act. ἐνείκατο, 3. sing. a. 1. med. verbi ἐνείκω, inusit. pro φέρω. f. οἴσω. a. 1. ἤνεγκα.

Ἐνείκαιε, intulisset, 3. sing. aor. 1. opt. Æol. ἐνείκη, ferat, 3. sing. aor. 1. sub. ab eodem them.

Ἐνειλέω, involvo. f. ήσω. a. 1. ἐνείλησα. prær. ἐνείληκα. ex ἐν, & εἰλέω, involvo.

Ἔνειμαν, ας, ε, & in 3. plur. ἔνειμαν, distribuerunt, a. 1. ind. act. verbi νέμω, tribuo. fut. νεμῶ. perf. νενέμηκα. præt. med. νένομαι.

Ἔνειμεν, 1. plur. præs. Poet. pro ἐσμεν, verbi ἔνειμι, insum. Th. εἰμὶ, sum. vide εἰμί.

Ἔνειμι, insum. ἔνεσι, & per apocop. Jon. ἔνι, pro ἔξεστι, est. τὰ ἐόντα, præs. part. n. g. plur. num. quæ penes vos sunt. ab ἐν, & εἰμὶ, sum.

Ἐνείς, έντος, qui misit, & in f. g. ἐνεῖσα, & in n. g. ὲν, aor. 2. part. verbi ἐνίημι, quod ab ἐν, & ἵημι, mitto. f. ήσω. p. εἶκα. a. 2. ἐῶ.

Ἐνεῖναι, perf. inf. pass. ab ἐνίημι, immitto. Interdum ab ἐνέω, seu ἐννυμι. Th. ἔω. perf. pass. εἶμαι.

Ἔνεισι, insunt, 3. plural. præs. ind. ab ἔνειμι, insum. Th. εἰμὶ, sum.

Ἐνείχεε, Jon. pro ἐνεῖχε, 3. sing. imperf. ab ἐνέχω, in animo habeo.

Ἐνείχθην, latus sum, Jon. pro ἠνέχθην, a. 1. pass. unde part. aor. 1. ἐνεχθὲς, verbi ἐνείκω, Jon. pro φέρω, f. οἴσω, fero.

Ἔνεκα, & ἕνεκεν, propter, causa. adverbium regit genit. ἕνεκά σε, tua causa. q. ab ὅ, quasi διὰ ὅ, διὰ ὧ αἰτίαν. Sicut quia Latinis a qui. vel q. ἓν ἔχω, unum habeo, sive una res est, quamobrem hoc, vel illud faciam.

Ἐνέκειτο, inerat, 3. singul. imperf. ab ἔγκειμαι, complaceo, ab ἐν, & κεῖμαι, jaceo. f. κείσομαι.

Ἐνεκεκόλαπτο, 3. sing. pluſq. perf. pass. verbi ἐγκολάπτω, insculpo. Th. κολάπτω, tundo. f. ψω. perf. pass. κεκόλαμμαι, ψαι, ται.

Ἐνεκεντρίσθην, ης, η, insitus fui, a. 1. ind. pass. ab ἐγκεντρίζω, insero. f. ίσω. p. ἐγκεκέντρικα. ab ἐν, & κέντρον, stimulus. Th. κεντέω, pungo.

Ἐνεκίσων, 3. plur. imperf. act. verbi ἐγκιστάω, concipio.

Ἐνεκοπτόμην, impediebar, imperf. pass. ab ἐγκόπτω, impedio. f. ψω. a. 1. ἐνεκόπην. p. ἐγκέκοφα. ab ἐν, & κόπτω, scindo.

Ἐνεκοτέω, 3. singul. imperf. act. verbi ἐγκοτέω, odio habeo. Th. κότος, ου, ὁ, ira vetus.

Ἐνέκυψα,

Ἐνήνοψα, ας, ε, a. 1. ind. act. vide ἐνανοπλομαι.

Σμικρὰ ζύμη ὅλον φύραμα ζυμοῖ.
Ναρτάλα λαῖον κέρδος.
Λύχνος τῆς λύγης ἐχθρός.
Οὐ κοβυλις βρόβυλα μινύθα.

Ξίφος δίκλω μύδρος ἐστίν.
Ἐβδλω ἐν πυθμένι ναὸς μάθε.

Ἀγκύλα ἄτερ ἀγκίστρα ἰχθύας ἐχ ἁλώσεις.
Τὸ ὅλον ψωθίου μεῖζον.
Κρίνον σφύρα μὴ κρανεῖ.
Ἀπελαὶ ἱεραὶ ἀμάλλη κρόνων ὕθλοι.
Μὴ νόσφι νοτίδος νότου.
Κάμπτει εἷς ποτε γνώμῃ ὁ ἀσάνδης.
Χαλκείῳ πόδας πίβλῳ πίθησι.
Ψαλίδι τρίχα ἡ τμήξεις.
Τῦ ἔδεσι ἀθάραν ἀθαλήμων παιδία.
Κοίρανος δακτύλων λιχανὸς ἐστι.
Ἀντὶ ἅρματος ἵπποις χρᾶται ἱππεύς.
Οὐκ ἄνευ αἰχμῆς δόρυ.
Οὐκ ἔστιν ἄγκυρα γαλόοις βυνός.
Βορέαν ἄλως ἔποτε ἐνδίαν πίθησι.

Μητέρος δείκηλον φυγάτηρ.
Ἕλιος ἰώλη ἡ δίεται.
Δρέπων ἡδυφὰς ἀρετῶν ἀπὸ πασῶν ἀχλαίζεται καὶ μυρικὰς ἐν αἰῶνι.
Ἄγγαροι εἰς χώραν ἄγνωστοι χωρήσαντες ἀγῶσι τὸ ἱμάτια ἀνθρώπων.
Ἀωρὶ ἐρέφει ὁ ἀριθμὸς οἴζυρός.
Λίπτει ἰκμάδος αἰγειρος.
Κὴρ μὴ ἐνίοτε κόμπος, ἀλλ' ἡ λιμὸν ἐλεφαίρει.

Νίφει γύαν ψιάς.
Ἀεὶ τὸ ἔχαπον κέρνος.
Ἴτρια κυσὶν ἔχει.
Θηρίοις νάπος ἤδη δίδωσι.
Ἐκ μυελοῦ ἀλκὴ ὥσπερ ἐκ πηγῆς πηδᾷ.
Λεσβιάζειν ἡδάλεμοι λάπη ἀναγκάζει.
Σύφαρ ἴψοι ψυφαρὸν ποιεῖ.
Θωμίζουσι Σῆρες ἀκροώμωμοι Σατύρους.
Σπολᾶς πείρινθος ἀμείνων.
Καυβὸν μυκτῆρα ὁ λέων φρονεῖ.
Ψὶξ ὠμὸν κρέατος σόμφον βλάπτει.
Καλὼν τὸ κύαρ ἡ λήψεται.
Πέλεκυς ἀρτίμα ἔργανον, ὥσπερ τὸ σιδηρεργὸν αἶρα.

Φυρομένη οἶνα φύσις ἐρέει.
Ἀβάρας ποθοῦσι ἀμόρας θοὶ ἐν ἡδονῇσι ζῶντες.

Πρὸς ἠϊόνα πίπτων ἀκρέμων γλῶ καὶ ἄλκα κινεῖ.

Σπέος ἐκ ἀνὴρ δυόφις.
Σὸ φωνὴ κρατίστη ὄρνιθας σοβεῖ ἁπάσας.
Σπολὸς θόλον μιαίνει.
Ἀδενεῖ ὁ βραχίων ὠμένα ἀγκῶνος.
Οὐ πᾶς φαρμακοπώλης κρόκον πωλεῖ.
Κύβοι κρημνὸν ἀπειλοῦσι.
Λιγὺς Λίγυς πελέκεως σμήξιν σφάλλει.
Ὁ Κρόνος κρόνων γλυκύτατος.
Τόξα ἄκων τρέζει, φρονὸς πάτος ἐδέποτε.
Λάτρις ἀμβλὺς λεκίθῳ κείμηθ' λάκαναν ὀφείλει.

CAP. XIX.

Miscellanea.

FOEtum involvens membrana austerum quidem renuit medicamentum, sed nequaquam balsamum.
Subalba cicatrix oculos lædit, fulgentibus Solis radiis.
Ponduscula textrinarum non linquunt textores.
Variæ merces in foro quæri solent.
Pessimus humor ex mucore fluit.
Plumbo gravius est, & penna levius.
In febre acuta surdescere, furiosum.
Pallidi, graciles, sputantes, in his per somnum sudores boni sunt.
Non propulsat frigus storea.
Quæ splendori cum tenebris communio est?
Aciem potius, quam curvitatem scalprum amittet.
Tantum est discrimen inter concavitatem, & convexitatem, quantum est inter album, & nigrum.
Fragmentorum custos sporta est.
Vestibulum domus ornamentum est.
Urinatori manus sunt remi.
Expellit luctum magas.
Putrefacit mamera fatherium.
Frigefacit suaviter corpus susurrus.
Coacervatam non patitur grandinem arista.
Pusillum fermenti totam conspersionem fermentat.
Mactra nartalo vase melior est.
Adversatur tenebris lucerna.
Pruna damascena non comminuit radula caseo destinata.
Ferrum ignitum instar gladii est.
Clavum, quo educto aqua e navi effluit, in navis fundo quæras.
Curvo sine hamo pisces non capies.
Totum parte majus est.
Lilium malleus non perficiet.
Conciones sacræ manipulo delirorum nugæ sunt.
Non est auster sine pluviis.
Flectit interdum sententiam cursor.
Aheno pedes supponit tripus.
Forfice pilum non resecabis.
Pulmentum edere qui nescit, desinat.
Princeps digitorum medius est.
Loco currus equis utuntur equites.
Non est hasta absque cuspide.
Non est collis spadonibus anchora.
Orbis circa lunam præsupponit ventum, non serenitatem.
Matris imago filia est.
Habena ramus non ligatur.
Decerpens summitates ex singulis virtutibus etiam Musices in flore resplendet.
Tabellarii in ignotam profecti regionem vestes hominum mirantur.
Obscurum infaustus numerus regit.
Gaudet humore populus.
Cor quidem aliquando crepitus, sed non famem decipit.
Madefacit arvum roris gutta.
Cauda semper extremum est.
Imæ parti ventris vesica inest.
Lustra feris saltus præbet.
E medulla robur tanquam ex fonte salit.
Lesbiorum mores obscœnos imitari stultũ cogit pituita.
Anguis exuvium super aridum reddit.
Colunt Seres audientes Satyros.
Vestis pellicea crate melior est.
Mutilatum nasum lavans sapit.
Frustulum etiam crudæ carnis stomacho nocet.
Non admittit rudentem foramen acus.
Securis lanii instrumentum est, sicuti fabri ferrarii malleus.
Mixti vini natura perit.
Placentas appetunt, & coctas melle similas, qui in deliciis vivunt.
Prope littus cadens grandis ramus terram, & mare movet.
Spelunca non est tenebrarum expers.
Tua vox fortior omne volucrum genus abigit.
Sordes turbidæ ædificium conspurcant.
Ubi vulneratus est cubitus, brachium est infirmum.
Non omnis pharmacopola crocum vendit.
Tesseræ præcipitium minantur.
Argutus Ligur securis ictum decipit.
Saturnus morosorum est genitor.
Arcus jaculum stridet, hinnuli corium nequaquam.
Servus obtusus vitello ungere gulam debet.

Ὃς διάζεσθαι ὃ θέλει, λιτὸς φάσεται.

Γαῦρον ἰχθὺν μὴ ἐμβάλῃς.
Οὐδὲν ἀναρίθμητον ἐκπίῃ οἶνον.
Ναύτης ὢν Ποσειδῶνα ἱλάσκου.
Μικρὰ μὲν σμίλη, ἀλλὰ ῥίνης ὁ πωλεῖται.

Ἰχθῦς γαυλὸν κωΐου.
Κόαξ κὴ κὴ ἀπάγγον ἄγουσι.
Γῦ, ὗ, πυθαλέος ἰχὼς ὠδὴ ἔστι.
Οὔθ' ὁ δεῖνα καὶ ὁ δεῖνα ἐποίησεν, οὐδ' ἐγώ.
Ἐκ πλευρᾶς Ἀδάμου ἡ Εὔα γεγένηται.
Ἐρωτᾷ ἑλλέβορος λιχῆνα.
Σπαργᾷ χοῖνιξ λέγεται οἶνος πληρωθεῖσα.
Οὐκ ἂν φριαίμην ὀδόντος λόγῳ βροτόν.
Ὀδόντας τριάκοντα καὶ δύο ἔχει ἄνθρωπος.
Δεῖπνος τῷ Διονύσῳ, καὶ τῷ Πλούτῳ βάραθρα.
Ἦρα ἰσάλλει ὁ χαλκός.
Σκάνδιξ χυλόν, ὁ φελλὸς δίδωσι.
Ὅπου ἀγυιαί, ἐκεῖ κοπρός.
Λεκάνης καὶ ἀμβικος χρεία πυμίας οἶδεν.
Σφαλερὸν ἐδέσμα νεφρός.
Ἀγχι αἰγιαλὸς λέμβον θέσιτο.
Μαγείρου σῆμα πυθύς.
Κρεανὸς ἐδώδιμα κρατεῖ.
Σφύζουσι ἀρτηρίαι γινομένῳ κινήματος.
Ἡκὼ ἄρδει ἀμφορεὺς ἢ πίθος.
Οἰχομένῳ σέλαπι ἐν ἕρᾳ ἀδινὸς ἀνόφος ἔπεται.
Ἀμφὶς τύρμης σερυμένη ὄλεται.
Θόρυβον γίγνας θλασόν τ' ἐκ ὄρει.

Τὸ ῥέγχειν καὶ κοιμᾶν τὰ ὠὰ ζώου εἰσὶν ἔργα.
Βάπτε μὴ ἀσκόν, ὕδωρ δ' ὑγρὸν ὃ δύει ποτέ.

Κύφωνι λαμία κύβιστον βλάπτει.
Ξύλον ἄνθρακ ὃ φρήθει.

ΚΕΦ. κ'.

Θάνατος, Ζωή.

Κρεῖττον κλαίειν, κινδυνῶδες.
Ἐκ τὰ κεράμου μέρη πάντες εἰσὶν ἄπαντες.
Ὡς χόρτος, ὕπω καὶ βροτὸς σκέλεται.
Κύφη σκιὰ, καὶ ἀσμός ἐστιν ἀνδρῶν βίος.
Πάντες τῷ θανάτῳ πρυμέθα, ὡσεὶ ἀγέλη βοῶν λαρινῶν σφαζομένων.
Φοξὸς, ὑγιὴς ὃς ἔποτε νοσεῖ.

Τέφρα ἄνθρωπος, ἄνθος, καὶ πέμφιξ.
Ἀπάντων Χάρων καλπίδα βάπτει.
Ἐν θάμνῳ νεκρὸν μὴ θάπτει.
Τῶν ὀνήτων βίος ἀσθενὴς ἐστι, καὶ καπνός.
Οἱ βίοι βροτοῖς ἄδηλοι.
Ζάγκλῃ μοῖρα ὀξεῖα πᾶν βροτῶν γένος ἀμᾷ.
Βέβαιον οὐδὲν ἐν βίῳ δοκεῖ πέλειν.
Νεκρὸς ὃ δάκνει.
Οὐδεμία πόα, ἢ βία τὸ θανάτου βέλη κλάσει.
Πρωΐης χθόνα ἀῴρει.
Οἵπερ φύλλων γένεη, τοίνδε καὶ ἀνδρῶν.
Ἀΐζειν δεῖ ὃν βάσανος τὸ ᾆδυ πιέζει.

Νέννα κέρεα μὴ εἰς πέλον ἀθέτει.
Λυκόβαντας μιαίνει φαρίς.
Πάντα γέλως, καὶ πάντα κόνις, καὶ πάντα τὸ μηδέν.
Σμύχει φρόνημα εἱλέχος σμίλαξ.

Qui ſtamini, quod deeſt, addere non vult, ſubtili ac tenui linteo carebit.
Gæſum fiſcellæ ne immittas.
Nullam denario tabulam emes.
Nauta qui es, Neptunum placato.
Scalprum magnum quidem non eſt, attamen minimo pretio non venditur.
Evacuat ſors mulctram.
Coax, & coi ſpatangum agunt.
Hy, hy, fervidi naſi vox eſt.
Neque hic, aut ille fecit, neque ego.
E latere Adami Eva facta eſt.
Inhibet Helleborus lichenem.
Tumere chœnix dicitur vino repleta.
Non emerem ulla ratione mortalem.
Dentes homo triginta, & duos habet.
Poculum Baccho, & navigium Plutoni.
Non exornat Junonem veſtis e pelle caprina.
Succum dat ſcandix, non ſuber.
Ubi glacies, ibi frigus.
Catini, & ollæ uſum promus condus novit.
Ren ferculum periculoſum eſt.
Prope littus currat lembus.
Ex cultro inciſorio cognoſcitur coquus.
Fimbria veſtem continet.
Facto motu arteriæ ſaliunt.
Leniter irrigat aquæ ductus terram continentem.
Decedentem ſplendorem denſa in terris caligo ſequitur.
Perit currus modiolo rotæ privatus.
Tumultum, cœtumque tripudiantium gingras non excitat.
Stertere, & dormire ejuſdem animalis opera.
Mergit quidem utrem, verum aquam humidam haud ſubit.
Poculo ſaga os cubiti lædit.
Lignum carbo non accendit.

CAP. XX.

Vita, Mors.

VAricem ſcindere periculoſum.
Ex argilla omnes homines facti ſunt.
Ut fœnum, ita & homo arefit.
Vana umbra, & vapor eſt hominum vita.
Omnes morti ſervamur, velut armentum boum ſaginatorum mactandorum.
Si ſanus is eſt, cui caput acutum eſt, nequaquam ægrotat.
Cinis homo eſt, flos, & bulla.
Omnium Charon urnam ſubmergit.
In fruticeto mortuum ne ſepelias.
Vita mortalium cinis eſt, & fumus.
Sua cuique vita obſcura eſt.
Falce mors acuta omne mortale genus metit.
Conſtans nihil in vita videtur eſſe.
Mortuus non mordet.
Nulla herba, aut vis mortis tela frangit.
Pronus terram ſpectat.
Qualis foliorum generatio, talis etiam virorum.
Exhalare eum oportet, quem mortis tormentum premit.
Patrui exequias ne omnino aſperneris.
Annos ruga indicat.
Omnia riſus, & omnia pulvis, & omnia nil ſunt.
Celeriter cadaver taxus venenata conſumit.

Dicta ſeptem Græciæ Sapientum.

Solon — Γνῶθι σεαυτόν.
Noſce teipſum.

Chil. — Τέλος ὁρᾶν μακρᾶ βίᾳ.
Finem videre vitæ longævæ.

Pittac. — Καιρὸν γνῶθι.
Occaſionem cognoſce.

Bias — Οἱ πλείονες κακοί.
Plures ſunt mali.

Periander — Μελέτη τὸ πᾶν.
Induſtriæ nihil impoſſibile.

Cleob. — Ἄριστον μέτρον.
Modus eſt optimus.

Thales — Ἐγγύα, πάρα δ' ἄτη.
Sponde, prope eſt damnum.

REAL ACADEMIA ESPAÑOLA

TABELLÆ DIALECTORUM.

QUatuor numerantur Græcæ linguæ Dialecti, ſive loquendi formæ præcipuæ, pro numero præcipuarum Græciæ gentium, quæ a lingua communi in nonnullis variant, nimirum, Attica, Jonica, Dorica, Æolica: Præter quas ſuam Dialectum, & idioma in quibuſdam habuerunt Poetæ, quæ omnes, quod ad terminationes partium orationis ſpectat, ſequentibus tabellis ſubjiciuntur. In reliquis vero cum tanta ſit varietas, ut regulis comprehendi vix poſſit, ſingularum proprietates inſigniores breviter proponere ſufficiat.

Attici mutant (σ in ξ, ut ξὼ, pro σὼ. ος in τ], ut θάλαττα, pro θάλαοσα. σ in ρ, ut ἄῤῥην pro ἄρσην, vir. & contractionibus in primis gaudent.

Jones ponunt (η pro α, φιλίη, pro φιλία, amicitia.
ε pro α, γελέω, pro γελάω, rideo.
& contra α, pro ε, τάμνω, pro τέμνω, ſeco.

Ex conſonantibus κ pro π, ut κῶς pro πῶς. π pro φ, ut ἀπαιρῦμαι, pro ἀφαιρῦμαι: contractionibus prorſus abſtinent, & diphthongos reſolvunt.

Dores uſurpant {
α {
pro η, ut φάμα, pro φήμη, fama.
pro ε, ut πιάζω, pro πιέζω, premo: γα, pro γε, ut ἔγωγα, pro ἔγωγε.
pro ω, ut μυσᾶν, pro μυσῶν, Muſarum. πρᾶτος, pro πρῶτος, primus.
pro ει, ut κλᾷδας, pro κλεῖδας, claves.
η pro α, ut ζῆν pro ζᾶν, & pro ει, ut κοσμῆν pro κοσμεῖν.
ω pro υ, ut μῶσα, Muſa; & pro ε, ut ὥνεκα pro ἕνεκα, propterea.
αι pro ει, ut αἴθε, pro εἴθε, utinam.
ευ pro υ, ut ἁλεῦμαι, pro ἁλῦμαι, ſaliam.
οι pro υ, ut τύπτοισα pro τύπτυσα.

Ex conſonantibus σδ pro ζ, ut συρίσδω, pro συρίζω: σ pro θ, σεὸς pro θεὸς: κ pro τ, ut πόκα, ὅκα, pro πότε, & ὅτε, aliquando: & contra τ pro κ, ut τῆνος pro κεῖνος, ille.

Æoles utuntur {
ω pro ο, ut κῶρος pro κόρος, puella.
& contra ο pro ω, ut ἔρος, pro ἔρως, amor.
ε pro α, ut θέρσος, pro θάρσος, audacia.
αις pro ας, ut καλαῖς pro καλὰς, bonas.

Ex conſonantibus ππ, pro μμ, ut ὄππατα, pro ὄμματα, oculi: & β ante ρ, ut βράκη, pro ῥάκη, cento.

Accentum in priores ſyllabas retrahunt, ut κάλος, pro καλὸς, & aſpirationem rejiciunt, ut ἤλιος pro ἥλιος: atque pro ι conſonantem ſequentem geminant, ut σπέῤῥω pro σπείρω, χέῤῥες pro χεῖρες.

Poetæ non ſolum peculiarem in quibuſdam habent dialectum, ſed etiam Dialectos commiſcent: Homerus Jonicæ, qua maxime utitur, reliquas admiſcet; Pindarus Doricus, alias etiam Dialectos adjungit; Ariſtophanes Atticus, ut etiam Euripides, Sophocles, & Æſchylus in choris, & cantilenis ſubinde ſunt Dorici.

FIGU-

FIGURÆ DICTIONIS.

Prosthesis.

PRosthesis est litera, vel syllaba principio dictionis addita, ut πταγὼν, pro ταγὼν, a τάζω, apprehendo; σμικρὸς, parvus, pro μικρός.

Aphæresis.

Aphæresis est, cum litera, vel syllaba principio dictionis subtrahitur, ut ὁρτὴ, pro ἑορτὴ, festum; ἱρὸς, pro ἱερὸς, sanctus.

Syncope.

Syncope literam, vel syllabam e medio dictionis subtrahit, ut ὑράμλων, pro ὑρησάμλω, inveni; ἐγλύνατο, pro ἐγλυνήσατο, natus est.

Epenthesis.

Epenthesis est, cum medio dictionis litera, aut syllaba interjicitur, ut ἔλλαβε, pro ἔλαβε. ὑππότερος, pro ὑπότερος, uter.

Apocope.

Apocope fini dictionis aliquid detrahit, ut δῶ pro δῶμα, domus, ποσειδῶ pro ποσειδῶνα, Neptunum; βεῖ pro βείαροι.

Paragoge.

Paragoge est, cum extremæ syllabæ aliquid adjungitur, ut ἦθα pro ἦς, cras: τύπτεσκε, pro ἔτυπτε, verberabat.

Metaplasmus.

Metaplasmus est mutatio ultimæ syllabæ in eodem casu, ut κλαδὶ, pro κλάδω, ramus. Metaplasmus vero generis est quævis mutatio in dictione per Poeticam licentiam.

Antithesis.

Antithesis (nonnulli ἀντίστοιχον vocant) est literæ commutatio, ut πόρσω pro πόῤῥω, procul, θάλατλα pro θάλασσα, mare.

Metathesis.

Metathesis est literarum ordo immutatus, ut ἔρξω, faciam, pro ῥέξω, ἔωραθον, pro ἔπαρθον, a πέρθω, vasto; ἔδραχον pro ἔδαρκον, a δέρκω, video, καρτερὸς, pro κρατερὸς, fortis, κάρτος, pro κράτος, robur.

Synalæpha.

Synalœpha est elisio quædam vocalis ante alteram in diversis dictionibus, ut τἀμά, pro τὰ ἐμά, mea; τὄνομα, pro τὸ ὄνομα. θοιμάτιον, pro τὸ ἱμάτιον, vestimentum.

Anadiplosis.

Anadiplosis (ideſt, reduplicatio) est primarum, vel secundarum syllabarum repetitio, ut κεκάμωσι, pro κάμωσι. ἀταρπιρὸς, pro ἀπρός. ἐτήτυμον, pro ἔτυμον.

CON-

CONSTANTINI RHODOCANACIDIS CHIENSIS

TRACTATUS

DE RESOLUTIONE VERBORUM.

Γνωριστικὴ καὶ ἀναλυτικὴ ἠῤ ἐγκλιτικῶν πτώσεων λεξιολογία, hoc eſt, Modus ſingularis inflexa verba cognoſcendi, & illa in ſua Themata breviſſime, & ſine errore deducendi. In quo fructus Regularum percipitur, & unitas conjugationis barytonorum cognoſcitur.

In tradendis Regulis, quibus Themata flectuntur in cæteris perſonis, & modis, docuimus modum compoſitionis verborum, hic vero docemus modum reſolutionis illorum, cujus beneficio quodlibet verbum, ſeu Thema facile reperitur. Ex ſupradictis igitur Regulis facile eſt deprehendere, quod illa ſua flexione, & formatione tripliciter immutentur, nimirum

In initio (licet hoc non omnibus contingat) in fine, & in medio, idque in omni voce, Activa vid. Paſſ. & Media, & in initio, quia ſolent recipere incrementa ſyllabica & temporalia, ut λείπω, ἔλειπον, λέλειφα, ἐλελείφειν. in quo exemplo Thema λείπω in uno tempore excrevit una ſyllaba, & in altero duabus a parte antea; & Ἅδω, ᾖδον, ᾄκω, ᾄκμν, in quo exemplo non numerus ſyllabarum, ſed quantitas vocalium creſcit: hoc eſt vocales producuntur, ſicut & ἐγγύζω, ἤγγυκα· ὀρύσσω, ὤρυχα. nam α, ε, & ο in præſenti ſunt breves, & in præteritis mutantur in longas.

In fine vero, quia ſolent recipere terminos, necnon conſonantes terminales, quibus Thema creſcit interdum una ſyllaba, ut τύπτω, τύπτομαι: interdum duabus, ut τυπτόμεθα: primum vero & ſecundum futurum cujuslibet verbi in paſſiva voce creſcunt tribus ſyllabis in fine, nulla habita initii ratione; e. g. τυφθησόμεθα, τυπησόμεθα. Idem numerus invenitur etiam in illis verbis, quæ incipiunt ab una conſonante, vel a duabus, quarum prima eſt muta, & ſecunda liquida, habita ratione initii, & finis, ut ἐλελείμμεθον, λελειψόμεθα, a verbo λείπω. Nam illa verba, quæ recipiunt incrementa temporalia, ut & illa, quæ nulla admittunt, non creſcunt ultra duas ſyllabas, ut ᾀδόμεθον, ᾄσμεθον, a verbo ᾄδω, & ἥσμεθον, ἡδύμεθον, a verbo ἥδω; excepto tamen primo, & ſecundo Futuro Paſſivæ vocis, ut ſupra diximus.

Præterea accidit, ut figurativæ conſonantes verborum rejiciantur, quæ ſunt dentales, ut ᾄδω, ᾄσω. Πλήθω, πλήσω. ἀνύπω, ἀνύσω, aliquando mutantur in alias conſonantes, nimirum in ſuas affines, vel ſaltem proximas, ut λείπω, ἐλείφθω, λήβω, ἐλήφθω, λέλειμμαι, & λέλημμαι, in quibus exemplis videmus π figurativam verbi λείπω mutatam fuiſſe in aſpiratam ſuam affinem φ in Aoriſto primo Paſſ. & in μ proximam ſuam affinem in Præt. Perfecto Paſſ. quemadmodum & β figurativam verbi λήβω mutatam fuiſſe in φ in Aoriſto primo Paſſ. & in μ in Præt. Perfecto Paſſ. Etenim quamvis conſonans μ ſit ex ordine immutabilium, affinis tamen eſt Labialibus, quoniam beneficio labiorum pronunciatur. Præterea accidit, ut vocales figurativæ, vid. breves in longas mutentur in aliis temporibus, quæ ſunt α, ε, ο, ut ἀγαπάω, ἀγαπήσω. ἀπορέω, ἀπορήσω. πληρόω, πληρώσω.

In medio tandem, quia ſolent recipere mutationes vocalium, in quibus longæ mutantur aliquando in breves, & vice verſa breves in longas, ut λήβω, ἔλαβον. ψάλλω, ἔψηλα, & aliquando ſubjunctivæ diphthongorum rejiciuntur, ut φαίνω, ἐφάνην, & aliquando præpoſitivæ, ut λείπω, ἔλιπον. φεύγω, ἔφυγον, & aliquando ſubjunctivæ, ut μένω, ἔμεινα. σέλλω, ἔστειλα. & aquando nil rejicitur, aut producitur, ſed tantum fit mutatio brevis in aliam brevem, ut λείπω, λέποιπα. σρέφω, ἔστροφα.

Quoniam vero σ inter terminales conſonantes (quæ una cum illo ſunt ſex, vid. θ, κ, μ, ν, ς, τ,) pro vario uſu diverſimode conſideratur, neceſſe eſt ut illud accuratius hic examinemus, & nominibus idoneis donemus, quæ ejus officia ſignificent, eo vid. fine, ut in inveſtigando Themate Regulæ plenius intelligantur.

In noſtris regulis mentionem fecimus τοῦ σ, quod in genere, & κοθόλε vocavimus ſervile, ob ipſius multiplicem, & maximum uſum. Poſtea ſubdiſtinximus illud in Explicitum, Implicitum, & Potentiale: hoc σ invenitur in Activa, & Media voce. Præterea in Paſſ. voce tribus (diverſis a prioribus) modis conſideratur. Nam in ſecunda perſona Præter. Perfecti Paſſivæ vocis reperitur σ, quod (ſi placet) vocetur terminale, eo quod ſemper ſit annexum ſuo termino ω, vid. σαι, ut πεπίφημαι, πεπφησαι. Dein datur σ, quod ſemper ſubſequitur dentalem aſpiratam θ. nam ſi quis velit inſpicere terminos omnes Paſſ. vocis, qui ſolent incipere a θ, vel ab α, & ε, quas vocales ſubſequitur: nullum reperiet, qui non habeat hoc σ terminale, ut τύπτεσθον, πεπίφησθον, vel figurativam Thematis, ut ἔψαλθον. Et hoc σ (ſi velis) vocetur Philothetum, & reperitur etiam in voce Media. Datur poſtremo σ quod requiritur in prima perſona Præt. Perfecti Paſſivæ vocis, & interdum non, (prout in regulis noſtris declaravimus) quod ideo nominabitur Hotethetum. In his, quæ de σ diximus, eluceſcit utilitas, & poteſtas τοῦ σ, quam omnes Grammatici nominarunt, & nullus hactenus (quem ſcio) manifeſtavit.



Hoc præterea non ignorandum eſt, figurativas verborum (vid. Labiales, & Palatinas) poſſe etiam dici Implicitas, & Explicitas: nam in duplice conſonante ψ tres Labiales implicantur (vid. β, π, φ,) & in Ξ tres Palatinæ, vid. γ, κ, χ.

Quamvis tenues eorum in illis magis exprimantur, quare ubi σ Implicitum eſt, ibi quoque ſunt prædictæ figurativæ Implicitæ, ut in λείψομαι, π eſt Implicita, & per conſequens β & φ ob affinitatem: & in ἐλεξάμην, κ eſt Implicita, & eadem de cauſa γ & χ. Verum in ἐτυπόμην π, & in ἐλεγόμην γ ſunt explicitæ. Ex his omnibus colligitur σ Futuri Activ. vocis, & σ terminale Paſſ. vocis fieri Implicitum, quando Labialis, & Palatinæ antecedunt illud σ, ut γράψω, γέγραψαι, λέξω, λέλεξαι.

His

REAL ACADEMIA ESPAÑOLA

His præmissis, ut facilius inveniatur Thema, quæ sequuntur observanda sunt.

1. Primo rejiciantur a parte ante incrementa syllabica, seu temporalia (si adsint) si enim nulla sunt, nulla datur dubitandi causa.

2. Secundo rejiciantur a parte post termini, nec non terminales consonantes, ut & ς, quocunque modo consideratur.

3. Tertio non omittendum est, fieri mutationes vocalium, quæ inveniuntur in medio verbi, vid. α restituatur in suam η, ω, vel ε, ubi opus fuerit, ut ἔλαβον, λήβω. ἔφαγον, φώγω. ἐξάπλω, ξέπω. quemadmodum & ε rejiciatur, vel addatur, ubi necessitas postulaverit, & ο, vertatur in ε, vel addatur υ, ubi opus erit, secundum regulas traditas de incrementis verborum.

Observandum est præterea, quod rejectis terminis a parte post in Pass. voce, & in Media, quæ assimilatur illi ratione terminorum, si restat consonans (excepto σ) illa est figurativa vel affinis ei: si vero restat σ, tum hoc σ, licet quoque rejiciendum, indicabit tamen dentalem aliquam esse figurativam, vel ζ, vel duo στ, & per consequens duo ττ, vel aliquam vocalem mutabilem α, ε, ο, quæ ambiguitas non potest tolli nisi inquisitione Dictionarii, vel usu, quamvis aliquot notas afferre possimus, quarum beneficio illa maxima ex parte diminuetur.

Nota igitur rejecto ς terminali, vel Hotetheto, seu Philotheto, si restat Diphthongus, illa est figurativa: si vocalis ι, & verbum sit hyperdissyllabum, tum semper ζ: si vero α, tunc aliquando ζ, aliquando α est figurativa: si vero restat η, vel ω, tunc horum breves erunt figurativæ, vid. η vertitur in α vel ε, & alterutra erit figurativa. Præterea ω vertitur in ο, quod est figurativa: si vero restabat α, ε, vel ο, sæpissime illæ sunt figurativæ. His igitur bene observatis, & omnibus extrinsece rite rejectis, terminatur verbum Barytonum Activæ vocis per ω, Pass. vero seu Mediæ per ομαι, & verbum in μι claudetur per terminum μι Activæ vocis, & Passivum, seu Medium per μαι.

Hæc sane magno erunt nobis auxilio, sed usus excedit inter omnia. Porro ut facilius intelligantur, quæ hactenus diximus, sequentem Hypothesin subjungamus.

Supponamus igitur, hujusce linguæ candidatum in legendis authoribus incidisse in has dictiones; ἤξαλεῖψαι, ἐπέκαθσε, ὑπερισάχθω, διηράξατο, κεκλῶσθαι, διελήλυθότες, μεθαρμοσθέντα, κεκάσθαι, διεχειρισάμην, πεπυκασμένα, σεσηρότες, ἐπῆρσε, παθήναι, ἐπισημηναμένους, ἐπανασειθῆναι, ἐπιπεφοπδυμένους, ἐπεπυργώμεθα, ἐρρωφήθω, ἀπελαθησθαι, ἀναθραμών, κατεβίω, κατηγάς, ἀπέδρα, παρέβη, &c.

Ἤξαλεῖψαι. Quod ad primum vocabulum pertinet, cognoscitur esse Aor. 1. Act. vocis, Mod. infinit. a termino σαι, ut τύψαι, quo rejecto, una cum ς, quod in Ψ erat implicitum, restabit π Labialis, cui addito termino Thematico ω, restabit verbum ἤξαλειπω. quod si quæratur in Dictionario, non invenietur, sicut & ἤξαλειβω, dicam igitur quod sit ἤξαλείφω, deungo, & per Metaphoram, doleo. Nam φ, sicut & β, ob σ extrinsecum Futuri primi (a quo Aoristus primus formatur) mutatur in π ob εὐφωνίαν.

Ἐπέκαθσε. Videmus esse Præteritum plusq. pass. ex duplici incremento syllabico εκε, uno duplicato Perfecti, & altero simpliciter repetito Plusq. perfecti, & ex termino uno cum terminali θ, ut ἐπέτυφθε, quibus rejectis, & adjuncto termino communi ω vel ομαι, restabit κάφω, vel κάφομαι. quod beneficio Dictionarii non reperietur, sicut neque κάβω, vel κάπω, quod si π addas τ ob εὐφωνίαν, invenies κάπτω, comedo: nam π, sicut & β, mutantur in φ ob θ sequens terminale.

Ὑπερισάχθω. Est aor. 1. Pass. voc. qui cognoscitur ex termino, & θ terminali θω, & incremento syllabico ε, ut ἐτύφθω. Etenim in omni imperfecto, & Aor. primo & secundo Modi Indicativi nusquam reperietur ε in initio verbi, quod sit vocalis thematica, quia in illis, juxta regulam, vertitur in η. Excepta tantum licentia poetica, ut apud Homerum Ἰλιαδ. ῥαψ. ο. ἐρητύοντό τε λαόν, pro ἠρητύοντο, ab ἐρητύω, coerceo. Poetæ siquidem respuunt incrementa temporalia, & syllabica, ut ibidem ῥαψ. χ. ὃν πέκεν αὐτὴ, pro ὃν ἔπεκεν αὐτὴ, quem peperit ipsa. Θεὸς ὀνόμηνεν ἅπαντα, pro ὠνόμηνεν, ab ὀνομαίνω, nomino, ῥαψ. ξ. si igitur rejiciatur incrementum ε, & terminus cum consonante terminali θω, addito termino generali ω, restabit σάχω, quod si quæras in Dictionario, non invenies; imo neque σάγω, σάκω, vel σάζω, quoniam verbum est σατπω, onero, & ὑπερσάτπω, satis superque onero: nam γ, & κ figurativæ (quæ virtualiter concipiuntur interdum in ζ, vel duo στ) solent mutari in χ ob sequens terminale θ, sicut λέγω, ἐλέχθω. πλέκω, ἐπλέχθω;

Dico virtualiter, quoniam ζ & στ interdum faciunt fut. 1. in ξ, in quo κ, est Implicitum, & per consequens γ, χ.

Constat esse Aor. 1. Med. voc. a termino σαιτω, una cum σ, quod erat Implicitum in ξ, ut ἐτύψαιτω, ξάιτο. quo rejecto, & addito termino communi ω, restabit διηράκω, quod non invenies in Lexico, neque διηράγω, διηράχω, aut διηράζω, vel διηράσσω; debes igitur concludere, te non advertere incrementum temporale η, quod si vertas in ε, dein quæras iterum, ne tuni quidem invenies; verso vero in α, reperies esse ἀράσσω, amputo, abscindo, illido, & Metaphorice impeto; ut ὀνείδεσιν ἀράσσειν τινά, convitiis impetere aliquem: cujus generis verba in præteritis pariunt Tyronibus amplam difficultatem. Etenim quindecim verba sunt illis inquirenda, scil. ἐράγω, ἐράκω, ἐράχω, ἐράζω, vel ἐράσσω. præterea ἀράγω, ἀράκω, ἀράχω, ἀράζω, sive ἀράσσω, & quinque superiora, sc. ἠράγω, ἠράκω, ἠράχω, ἠράζω, sive ἠράσσω. Etenim quæ habent figurativas Palatinas, addito σ ex parte Futuri efficerent in illo ξ juxta regulam, quæ vero habent pro figurativis ζ vel σσ, ut ex ordine δεὺτεροτρίτων, poterant habere ξ in Futuro. Præterea juxta temporalis incrementi Regulam, vocalis thematica ε vel α verteretur in η, & hoc modo unum verbum in præteritis immutatum, si Thema ipsum, & ipsius significationem ignoret, merito Tyroni, imo & cuilibet alteri ad unguem omnes Regulas Grammaticas callenti multifariam creabit difficultatem, quæ non potest superari aliter nisi usu. Beatior sane est lingua Latina, quia longe natura facilior, sed χαλεπὰ τὰ καλά. Διηρά-

Κεκλῶσθαι. Præteritum perf. pass. Inf. rejiciatur incrementum syllabicum κε, & terminus αι, a parte post cum terminalibus consonantibus θ, restat κλω, σ vero indicabit esse aliquam figurativam dentalem, vel ζ, vel στ, sed non erit nisi κλώθω, glomero, vel neo; quia dissyllabum, ut & πεφρῶθαι, a φρήθω, incendo.

Διεληλυθότες. Constat esse Participium Præteriti perfect. Mediæ voc. numeri pluralis, generis masculini a termino ότες, & figurativa præsentis, quibus rejectis una cum ἐπαναλήψει Attica priorum litterarum Thematis, & verso incremento temporali η in ε, & addito termino ω, restabit διελώθω, sed hoc non est nisi addatur præpositiva, ε, ut fiat diphthongus ῶ, qua addita, Thema est διελάθω inusitatum, pro quo διέρχομαι, prætereo, & per Metaphoram differo, seu oratione percurro; in formando hoc Præterito Medio ε rejicitur, non per regulam communem, quia penultima Præt. Med. non mutatur, nisi fuerit una harum quatuor, α, αι, ε, ει, θάλλω, πέθηλα· κλάζω, κέκληγα· φαίνω, πέφηνα· νέμω, νένομμαι, & λείπω, λέλοιπα. sed rejicitur more Atticorum, & κατ' ἐπαναλήψιν priorum litterarum præsentis, idque in verbis hyperdissyllabis, in quibus corripitur penultima, ut ἐλάθθω, ἤλυθα, communiter, & ἐλήλυθα, Attice: ἄνεω, ἧκα, & Attice ἄκηκα, ἀλείφω, ἤλοιφα, ἀλήλιφα, & similia.

Μεθαρμοσθέντα. Particip. Aor. 1. Pass. unde rejiciendum est θεντα, σ indicabit esse aliquam dentalem, vel στ, vel ζ, & erit μεθαρμοζω, coapto, quia trissyllabum, ut ἐξεργάθεντα, ab ἐργάζομαι, perficio.

Κεκάσθαι. Est Infinitivus Præteriti perf. Pass. voc. cognoscitur a tono in penultima, incremento duplicato κε, & termino una cum terminali θ, & Hototheto ς, quibus rejectis, & addito termino ω, fit κάω.....quod cum non sit, neque erit κάδω, κάθω, κάπω, seu κάσσω, restat esse κάζω, orno, & decoro, verbum Poeticum, & apud Homerum, Ἰλ. ῥαψ. ω. Τῶν σε γέρον πλείστῳ πεῦ φάσι φασὶ κεκάσθαι. Horum te, senex, divitiisque, & filiis ajunt exornatum fuisse.

Διεχειρισάμην. Aor. 1. Med. rejiciatur ε, & terminus σάμην, & quia restat ι, & verbum est polysyllabum, ideo ζ est figurativa, scil. διαχειρίζω, tracto, ut ἐπορισάμην, a πορίζομαι, seu ποριζω, comparo.

Πεπυκασμένα. Est Particip. Perf. & plusq. perf. Pass. quare rejiciendum est incrementum syllabicum πε, & in fine μμα, una cum ς Hototheto, quod est indicium ejus figurativam esse dentalem, vel ζ, vel στ, & est quidem ζ, vid. πυκάζω, denso, seu rego, quoniam polysyllabum.

Σεσηρότες. Est Particip. perfect. Med. quare rejicienda est duplicatio in initio σε, & in fine terminus participialis ότες, & quoniam η habet ι subscriptum, ideoque cum sit impropria diphthongus, vertetur in propriam, vid. αι, & addito termino generali ω, verbum erit σαίρω, scopis purgo, ut πεφηνότες, a φαίνω. Verba hujusce ordinis, sc. immutabilium, felicius, & citius reperiuntur, quam cætera, quia servant figurativam Thematicam. Excepto ν, quod solet mutari interdum vel in γ, vel in μ, prout in Regulis videre est.

Ἐπῆρσε. Vocabulum in Homero, & juxta meas Regulas video esse Aor. 1. act. voc. ob ς Explicitum. Præterea puto ε esse incrementum syllabicum, quo rejecto una cum σε, & addito ω, restabit πηρω, quo quæsito, & haud invento, concludam π non esse Thematicam litteram, sed præpositionis ἐπὶ, qua rejecta, restabit ῥω,

ρω, quod si quæram, non inveniam: dicam igitur esse temporale incrementum. Quod si vertam in ε, erit ἔρω, quod tamen non est, quia est ἄρω, apto, cujus Futurum facit communiter ἀρῶ, & Æolice ἄρσω, & ex hoc ἦρσεν, & cum præpositione ἐπὶ, ἐπῆρσεν, ut apud Homerum, Ἰλιάδ. ῥαψ. ξ.

Ἔςιν τοι θάλαμος, τόν τοι φίλος υἱὸς ἔτευξεν

Ἥφαιςος, πυκινάς τε θύρας ςαθμοῖσιν ἐπῆρσε.

Παθήνασθαι. Est Aorist. 1. Infin. Med. ideoque ασθαι rejecto, & versa η impropria diphthongo in αι propriam, & termino Pass. voc. adjecto, erit παθαίνομαι, vehementer afficior.

Ἐπισημηναμένου. Cognoscitur esse Particip. Aor. Med. per terminum αμένου, in quo σ Potentiale subintelligitur, quare rejecto termino αμένου, & versa impropria diphthongo η in αι, & addito generali termino ω, est ἐπισημαίνω, indicium facio, seu significo.

Ἐπανασεισθῆναι. Cognoscitur esse A. 1. Pass. per terminum θῆναι, quo rejecto, σ Hotothetum indicabit esse verbum tertii, vel quarti, vel saltem sexti ordinis, & ultimum erit, nam illo termino cum σ rejecto, & addito communi termino Pass. ομαι, erit ἐπανασείομαι, adversus aliquem concutior, a σείω.

Ἐπιτετροπευμένους. Hæc vox est Particip. Præt. perfect. Pass. a qua rejecto μένους, & duplicato τε a parte ante, & addito termino Act. ω, vel Pass. ομαι, verbum erit ἐπιτροπεύω, vel ἐπιτροπεύομαι, procuro, administro, in tutela habeo. Hujusce generis verba recte, nulloque negotio inveniuntur propter diphthongum figurativam ευ.

Ἐπεπυργώμεθα. Est plusquam perfect. Pass. unde rejecto in initio incremento επε, & in fine μεθα, restat πύργω. deinde ω, in ο verso, additoque terminali ω, fit πυργόω, munio, seu turribus urbem instruo, a nomine πύργος, turris. Hujusque generis verba nulla difficultate deprehenduntur; quia omnia fere sunt derivata a nominibus, ac proinde solent mutare figurativam ο Præsentis in ω in ipso Futuro, ut videre est in Regulis nostris de Futuro Activæ vocis.

Constat esse in Perfecto Pass. Med. Imperat. tert. pers., quare rejiciendum est ε, una cum ρ, & in fine θω, cum σ Philotheto, & verso η, in α, & addito communi termino ω, fit ῥοφάω, quod etiam & ῥοφέω recte dicitur, sorbeo, & exhaurio. Id genus verba facile etiam deprehenduntur. nam η figurativa longa est indicium, quod figurativa primitiva erat α, vel figurativa longa est indicium, quod figurativa primitiva erat α, vel ε; neque σ vobis dubium creet, quod licet non admittatur in prima persona Præt. perf. Pass. quando figurativæ breves mutantur in longas, tamen quoties θ terminalis subsequitur, ibi σ desideratur, atque ideo vocatur σ Philothetum. Ἐῤῥοφήσθω.

Est Fut. 1. Pass. Inf. quare θήσεσθαι rejecto, restat α figurativa, cui addito termino ω fit ἀπελάω inusitatum, pro quo ἀπελαύνω, abigo: in hoc verbo debuerat esse σ Hotothetum, ut γελασθήσεσθαι, a γελάω, πετασθήσεσθαι, a πετάω, secundum Regulam; sed ἐλάω, pello, facit ἤλαμαι, & ἤλασμαι. Ἀπηλαθήσεσθαι.

Est Aor. 2. Act. ων Participii termino rejecto, versoque α in ε, una cum termino ω, fit ἀναδρέμω inusitatum, pro quo ἀνατρέχω, recurro. Ἀναδραμών.

Aor. 2. verbi in μι, rejecto enim incremento ε, additoque termino verborum in μι, fit καταβίωμι, vivo. Diximus enim in his temporibus figurativam servari longam, ut γνῶμι, Aor. 2. ἔγνων, ἔγνως· sic & βίωμι, Aor. 2. ἐβίων, ως, ω, &c. Κατεβίω.

Aor. 2. Pass. a quo rejecto εις termino participiali, & addito communi termino ω, fit κατάγω, confringo, inusitatum, pro quo κατάγνυμι. Κατα-γείς.

Aor. 2. Act. cujus incremento rejecto, & figurativa α versa in η, & cum termino verborum in μι, fit ἀπόδρημι, aufugio. Hoc esset ἀπέδρη juxta Regulam, quia Aor. 2. solet servare figurativam longam, sed unum est eorum, quæ excipiuntur. Ἀπέδρα.

Aor. 2. Act. verbi in μι, qui cognoscitur a figurativa η, quare incremento ε rejecto, & addito termino μι, fit παράβημι inusitatum, pro quo παραβαίνω, transgredior. Παρέβη.

CON

CONSTANTINI RHODOCANACIDIS CHIENSIS

TRACTATUS ALTER DE ARTICULIS.

ARticulus duplex est, unus præpositivus, postpositivus alter. Præpositivus dicitur προτακτικὸν ἄρθρον, quod nominibus, participiis, & interdum Verbis infinitivi Modi, Pronominibus, Conjunctionibus, necnon Adverbiis præponitur. Postpositivus vero dicitur ὑποτακτικὸν, quod nominibus tantum postponitur; ideoque fungitur officio Pronominis relativi, ut significatio ostendit ὅς, ἥ, ὅ, qui, quæ, quod. Nos autem de præpositivo tantum agimus, qui accuratius loquendo solus est Articulus.

REGULA I.

QUando sermo est de re quapiam certa, de qua vid. nobis constat, tunc nomen illud gaudet articulo; sin minus, respuit: ut Isoc. ad Nicocl. Ὅλως γὰρ εἰ ἐθέλοιμεν σκοπεῖν τὰς φύσεις τῆς ἀνθρώπων, εὕροιμεν τὰς πολλὰς αὐτῆς, ἥτε τῆς ὀπῶν χαίροντας τοῖς εὐγιωτάτοις, ἥτε τῆς ἐπικαθυμμάτων τοῖς ἡμερωτάτοις. in quo exemplo φύσεις, ἀνθρώπων, ὀπῶν, & ἐπικαθυμμάτων, ut omnibus nota, articulum habent. Hæc regula sola pene sufficeret, ut de usu Articuli minime dubitaremus: pergamus tamen alias præscribere, quæ variis exemplis eandem illustrabunt.

REGULA II.

NOmen substantivum, seu Appellativum, si conjunctum habet adjectivum, exigit articulum, ita tamen ut si adjectivum præponatur, unicus articulus ipsi præfixus sufficiat. Demosth. pro Corona: Σκοπεῖτε δὲ τί χρὴ τὸν ἄνδρα πολίτην πρεῖον, καὶ τί τὸν μετὰ πάσης προθυμίας, καὶ προθυμίας, καὶ δικαιοσύνης ὑπὲρ τῆς πατρίδος πολιτευόμενον. Ubi ἄνδρα adjectivum, quod præponitur Appellativo πολίτην, contentum est unico articulo.

Quod si adjectivum postponatur, opus est duplici articulo, uno sc. pro adjectivo, pro Appellativo seu Substantivo, altero. Lysias contra Eratosthenem. Ὑμεῖς δὲ πάντες ὀργίζεσθε, ὅσοι εἰς τὰς οἰκίας ἦλθον τὰς ὑμετέρας. Idem in Nicom. Εἰ γὰρ ἕτερος μὴ πλείω ἀνέσχαψεν, ἐξ πίλαντα εἶσγε τὰς θυσίας τὰς πατρίους ἂν ἐξήρκεσεν, &c.

Quod si Adjectivum in priori loco desideratur, articulus tamen repeti debet: ut Demosth. pro Cor. Ἕως ἂν τὰ τῆς στρατείας ἡ ἐπὶ τὰς Φωκέας ἀφεθῇ ποιήσαιτο. ubi ἡ ἐπὶ τὰς Φωκέας, subintelligitur susceptæ.

Ista repetitio articuli fieri etiam solet maxima cum venustate, si nomen substantivum sequatur genitivus possessivus; & potissimum si intercedat Verbum inter duo illa Nomina. Hic casus etenim æquipollet adjectivis, ubi cum genitivus possessivus juxta Regulam quartam requirit suum articulum, articulus repetendus præponi debet articulo nominis possessivi. Demosth. pro Corona. Συμφέρει δὲ φιλίππῳ καὶ ὑμῖν ὁμοίως ἅπασι τῆς ἀναλγησίας, καὶ ἡ βαρύστου ἀπαλλαγῆναι ἡ τῶν Θηβαίων. ubi articulus ἡ τῶν Θηβαίων repetitur designando molestiam, & stupiditatem Thebanorum.

REGULA III.

IN definiendis rebus, neque subjectum, neque attributum exigunt articulum. Arist. ad Nicom. Ἀρετὴ ἐστιν ἕξις προαιρετικὴ ἐν μεσότητι οὖσα τῇ πρὸς ἡμᾶς ὡρισμένη λόγῳ, ἢ ὡς ἂν ὁ φρόνιμος ὁρίσειεν. & in Topicis. Ἔστι δὲ συλλογισμὸς λόγος, ἐν ᾧ τεθέντων τινῶν, ἕτερόν τι τῶν κειμένων ἐξ ἀνάγκης συμβαίνει διὰ τῶν κειμένων. In quibus exemplis non præfigitur articulus nominibus ἀρετὴ, & συλλογισμὸς, ut subjectis; nec nominibus ἕξις, & λόγος, ut prædicatis. Sæpe tamen præfigitur articulus subjectis, ac potissimum apud Oratores, sed non prædicatis. ut Demosth. pro Corona, Ἵνα τοίνυν καὶ τὰς βλασφημίας, ἃς καὶ τῆς Εὐβοέων καὶ τῆς Βυζαντίων ἐποιήσατο, συκοφαντίας ἅσας ἀποδείξω, &c. in quo exemplo nomini βλασφημίας, quod est subjectum, præponitur articulus; at nomini συκοφαντίας non item, veluti prædicato.

REGULA IV.

GEnitivus possessivus Nominis vel Participii, imo & nomen ipsum, a quo possessivum regitur, gaudent articulis: ut Demosth. pro Corona: Ἡ μὲν ἐμὴ πολιτεία καὶ προαίρεσις, ἄνδρες ὀρθῶς σκοπεῖν, ταύτης ἐστὶ τῆς ἐπαινουμένων ἀνδρῶν ὁμοία καὶ ταύτην βουλομένη φανῆσαι, εἰ δὲ σὴ ταύτης ἐστὶ τῆς τοιαύτης τύχης συνηφανηκότων. Ubi nomini, una cum Participio ἐπαινουμένων, & συνηφανηκότων, præfigitur articulus. Præterea in hoc exemplo observandi sunt articuli, qui immediate gaudent poni; ut ταύτης, ἐστὶ, τῆς, &c. Insuper licet non exprimatur nomen substantivum in secundo membro periodi, vid. πολιτείας, magno tamen cum lepore subintelligitur, quemadmodum & in priori. Interdum vero hic articulus genitivi possessivi omittitur, & potissimum in nominibus propriis, ut in exemplo secundæ Regulæ videre est. Διὸ καὶ τῷ Ὁμήρῳ ποιήσιν, &c. & Demost. pro Corona, Οὐ δὴ γ' ἁπάντων ἐγὼ τῶν λογισμῶν φιλίππου.

REGULA V.

NOmen, quod ante se vel post se habet Pronomen Ἐκεῖνος, ἡ, ὁ, vel ἕτερος, οἷος, τοῖος, semper exigit articulum. Demosth. pro Corona; Δῆλον γὰρ ὅτι καθ' ἐκείνους τοὺς χρόνους: &c. Idem: Λέγε δ' αὐτῷ τοῦτο τὸ ἐπίγραμμα. Et Lysias contra Theom. Οὐκ ἔστιν ὁ λόγος ἐν τῇ πόλει καταισχύναι. Idem pro Aristoph. Πολλοί μοι ἀπορίαν παρέχει ὁ ἀγὼν ὅπως, ὦ ἄνδρες δικασταί. Ante se. Post se.

REGULA VI.

ARticulus locum habet in divisionibus, adjunctis particulis conjunctivis μὲν quæ præponi, & δὲ quæ subsequi solet. Hic modus loquendi perelegans quidem est, & usitatissimus. Isocr. ad Nicocl. Διὰ καὶ τοῦτο Ὁμήρου ποιήσιν, καὶ τοὺς ῥαψῳδοὺς τοὺς ἄρτι θαυμάζειν, ὅτι καταδόντες τοῦ φύσιν τοῦ ἀνθρώπων, ἀμφοτέρους ταῖς ἡδοναῖς ταύταις καταχρήσαντο πρὸς τοῦ ποίησιν, ὁ μὲν γὰρ τοὺς ἀγῶνας καὶ τοὺς πολέμους ἐμιμήσεων ἐμυθολόγησεν, οἱ δὲ τοὺς μύθους εἰς ἀγῶνας καὶ πράξεις κατέστησαν. ubi clare patet ὁ μὲν (Homerus sc.) & οἱ δὲ (sc. Tragici.)

REGULA VII.

NOmina propria, seu Cognomina, si solitarie ponuntur, raro adsciscunt articulum. Lysias contra Alcibiadem: Ἐγὼ μὲν οὖν καὶ φίλῳ ὄντι Ἀρχιστράτῃ βοηθῶν, καὶ Ἀλκιβιάδου ἐχθρὸν ὄντα ἐμαυτῷ τιμωρούμενος δέομαι τὰ δίκαια ψηφίσασθαι. Idem pro Arist. Πρῶτον μὲν γὰρ βουλόμενος Κόνωνος πέμπειν τινὰ εἰς Σικελίαν ἦλθε πρὸς ἐμὲ καὶ Λυσίαν. Interdum tamen illo gaudent. Demosth. adversus Arist. Ὡς δὲ συλλέξας δύναμιν παρῆν ὁ Ἀρτάβαζος ἀφικόμενος πρὸς τὴν Αὐτοφραδάτου.

Quod si proprium nomen cum cognomine, vel utrumque cum nomine Patriæ una ponantur, sæpius accidit, ut ultimum solummodo sortiatur articulum: Ut Lysias contra Eratosthenem: Ἀνέβη μέν τοι πολλῶν λοιδορίων αὐτοῖς γιγνομένων Ἀρχέστρατος ὁ Φρεάριος, &c. Et alibi: Τῶν τοίνυν Φειδῶν ὁ μὲν τριάκοντα γνώμενος καὶ Ἱππόκλης καὶ Ἐπιχάρης ὁ Λαμπρεύς, &c.

Si

Si vero nomen Patriæ non datur in recto instar adjectivi (ut in prædicto exemplo Λαμπρεύς) sed necesse sit, ut nomen Patriæ in diverso casu ponatur cum aliqua præpositione, vel adverbialiter, tunc articulo maxime gaudet. Demosth. adversus Andr. Οὗτος δὲ εἰσέπραξε Λεοπτίνου τὸν ἐκ Κοίλης πεντήκοντα δραχμὰς καὶ τριάκοντα δραχμὰς καὶ Θεόξενον τὸν Ἀλωπεκῆθεν δραχμὰς ὀ. καὶ μικρόν τι πρός.

REGULA VIII.

NOmina propria post se recipiunt articulum, cum genitivo possessivo parentum. Quo in loco articulus denotat filium, qui interdum, tametsi rarissime, exprimitur; ut Halicar. Λυσίας ὁ Κεφάλου Συρακουσίων μὲν τῶν γονέων, ἐγράφη δὲ Ἀθήνησι μετοικοῦντι τῷ πατρί. h. e. Lysias Cephali filius, &c. Hoc tamen nil impedit, quo minus id genus nomina careant tali articulo; ut Demosth. pro Corona: Ἐπὶ Χαιρωνίδου Ἀρχοντος ἐλαφηβολιῶνος ἕκτῃ ἱσαμένου Αἰσχίνης Ἀτρομήτου Κοθωκίδης ἀπῳκίσατο πρὸς τὸν ἄρχοντα Θεσμοφοριῶνος καθ' ὃν Κτησιφῶντος τοῦ Λεωσθένους Ἀναφλύστιος. h. e. filius Atrometi, &c.

REGULA IX.

PRonomen demonstrativum ὅστις, οἵτις, ὅτου, conjunctum cum adjectivis in gradu superlativo, quibus terminus universalis πᾶς, πᾶσα, πᾶν, superadditur, ante istum terminum vendicat articulum, idque venuste admodum. Lysias in Nicom. Καὶ ὁ πάντων ὅστις πονηρότατος ὕπω φανερῶς σωφρονεῖν, &c. h. e. Et hic omnium sceleratissimus ita aperte collusionem suam prodidit.

REGULA X.

TErminus Universalis πᾶς, πᾶσα, πᾶν, nominibus præpositus, articulum post se requirit: ut Demost. pro Corona, Πάντα μὲν τοίνυν τὰ κατηγορημένα ὁμοίως σκοπῶν ἄν τις ἴδοι ὅτι δικαίως, ὅτ' ἐπ' ἀληθείας ἐδεμιᾶς εἰρημένα. Lysias contra Theomn. Ἐγὼ μὲν ἑξαίμην ἂν πάσας τὰς ἀπίδας ἐρριφέναι, ἢ τοιαύτῃ γνώμῃ ἔχειν ὥστε τὸν πατέρα.

Demosth. pro Coron. Οὐ γὰρ τότε ἐνεστὰς πόλεμος ἀνεῦ τοῦ καλῶς δόξαν ἐνεγκεῖν οὐ πᾶσι τοῖς καθ' τὸν βίον ἀφθονωτέροις καὶ δυνατέροις διήγαγεν ὑμᾶς τῆς νῦν εἰρήνης.

Quod si terminus universalis privetur nomine substantivo, vel adjectivo, tunc articulum ante se eleganter exigit, ita tamen ut articulum inter, & nomen universale aliquid inseri debeat. Lysias in Nicom. Οὕτω γὰρ ἐνόμως διοικηθήσεται τὰ καθ' τὴν πόλιν πάντα.

REGULA XI.

Ἄλλος, ἄλλη, ἄλλο, in re certa ante se exigit articulum: ut Plato de legibus: Τὸ μὲν γὰρ κλαπὲν ἢ χρεὼν διπλάσιον τρῶσαι σκῆπτρῳ, ἐὰν ὀφλῇ τις τὴν τοιαύτην δίκην, καὶ ἱκανὴν ἔχει τὴν ἄλλην οὐσίαν ἀποτίνειν. Lysias de Niciæ bonis publ. Ἀλλ' οἷς μάλιστα προσῆκεν καὶ διὰ γένους, καὶ διὰ πλοῦτον, καὶ διὰ τὴν ἄλλην ἀρετὴν τιμᾶσθαι. Isoc. de pace: Ἀλλὰ τοὺς μὲν τυραννίδας ἡγεμονὰς καλεπὰς εἶναι, καὶ βλαβερὰς οὐ μόνον τοῖς ἄλλοις, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἔχουσιν αὐτάς.

Lysias ad Delationem. Καὶ τοιοῦτος πάντας φθονεῖ, ὃς οἱ ἄλλοι ἐλεοῦσι, τινὸς ἂν ὑμῖν ὁ τοιοῦτος ὀρθῶς δοκεῖ πονηρίας.

Quod si Ἄλλος, ἄλλη, ἄλλο notam quandam indeterminatam secum conjunctam habet, tunc secundum primam regulam articulo destituitur: ut Demosth. in Onit. Καὶ γὰρ οὐδὲ λόγον τὸ πρᾶγμα ἔχον ἐστὶ τὸν αὐτὸν αὐτῷ μὴ δυνάμενον κομίσασθαι πάλαντον, τῶν ἄλλῳ τινὶ φάσκειν, ἀποτίσειν, καὶ ταῦτ' ἐγγυᾶσθαι, h. e. Nulla etenim ratione nititur hæc causa, qui ipse talentum recuperare nequeat, eum alteri cuipiam se satis esse facturum polliceri, atque adeo spondere. Et inferius: Ἔπειτα φέρε πῶς ἐχεῖ δίκαιον ἡ ἀδελφῆς ἡ σῆς μηδέπω καὶ πέμπτον ἄνδρα σωσικήσης, μηδ' ἀπηλλαγμένης Ἀφόβου, μηδὲ τῷ προικὸς δεδωκότος πάντα, μηδ' ὑπὲρ τούτων εἰς βάσανον, μηδ' εἰς ἄλλο δίκαιον μηδὲν καταφυγεῖν ἐθέλοντος; h. e. Aut qui æquum est, sorore tua ne hodie quidem alteri cuipiam nupta, nec ab Aphobo deserta, neque per istum dote numerata, quæ in his rebus neque quæstionis, nec ullum aliud jus accipit?

REGULA XII.

GEnitivus partitivus semper gaudet articulo. Isoc. Orat. Panathen. Ἐπὶ ὧν τὰ μὲν μὴ γεγενημένων εἶναι, μηδὲ πρὸς κατηγορημένων, ἀλλ' ἐκείνων, ὧν οἱ χαριέστατοι τῶν Ἑλλήνων καὶ μισθοῦσιν ἂν, καὶ διαλεχθῆναι ὡς ἀναισθήτων ὄντων. Lysias in Apolog. Ἀλλὰ καὶ εἴ τις πρὸς ἐμῶν φίλων τοιοῦτον ἀγῶνα ἠγωνίζετο, ὑμᾶς ἠξίουν ἂν ἐμοὶ δοῦναι τοῦτο χάριν.

REGULA XIII.

NUlla pronomina ante se requirunt articulum. Ut Lysias pro Arist. Αὐτοὶ γὰρ ἐναγχος ἠκούετε ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, &c. Et inferius, Ἐθέλοντος ἢ ἐκεῖνα λογίζεσθαι, &c.

Pronomen vero αὐτὸς, αὐτὴ, αὐτὸ, quando sonat idem, eadem, idem, tunc necessario ante se postulat articulum. Ut Demost. pro Coron. Ἐπὶ δὲ ἐκ τοῦ λόγου τοῦ Ῥήτορος, Αἰσχίνη, πῶς, εἰπὲ δ' ὁ τὸν αὐτὸν ἢ φωνῆς, ἀλλὰ τὸ ταὐτὸ προαιρεῖσθαι τοῖς πολλοῖς, καὶ τὸ τοὺς αὐτοὺς μισεῖν καὶ φιλεῖν, ὥσπερ ἂν ἡ πατρίς, h. e. Non est enim Oratoris honoranda oratio, o Æschines, neque sonus vocis, sed quod eadem cum populo eligat, & eosdem, quos & patria, amet, & odio habeat.

REGULA XIV.

QUando præcedunt nominibus adjectivis & nominibus propriis adverbia ὅπως, vel ὅπως, imo & nomen ποσὸς, ποσὴ, ποσὸν, tunc adjectiva nullatenus exigunt articulum. Lys. in Apolog. Ἐγὼ δ' ὅπως πολλοὺς κινδύνους ὑπὲρ ὑμῶν κεκινδυνεύκοιμι, καὶ ποσοῦτον ἀγαθὸν εἰργασμένου τῇ πόλει νῦν δέομαι μὴ στερηθῆναι τῶν ἐμαυτοῦ. Et alibi: Ἀκηκοὼς δ' ὅπως ἄνομοι καὶ δεινὴν πρᾶγμα, &c.

REGULA XV.

ΠΟλλοὶ, πολλαὶ, πολλὰ, si numerum designant ἀπροδιορίστως, i.e. indeterminatum, nullatenus exigunt articulum. Isoc. de pace: Καὶ ταῦτα ὁρῶντες οὐκοῦν τὴν τύχην ἐδαιμόνιζον, καὶ πολλοὶ τῶν ἐκ ἐχόντων ἐμοὶ μᾶλλον ἐζήλουν αὐτήν, h. e. quæ dum viderent, cum ipsi, tum multi non mentis compotes urbis felicitatem prædicabant. Et inferius, Εἰς ἃς πολλοὶ καὶ τῶν ἀσυγγενῶν, καὶ ἄλλων Ἑλλήνων ἐφοίτων καὶ συμπενθήσοντες τοῖς πενθοῦσιν, ἀλλ' ἐφησθησόμενοι τοῖς ἡμετέροις συμφοραῖς. h. e. ad quos multi e finitimis aliisque Græcis conveniebant, &c. Lysias contra Frumentarios: Πολλοί μὲν προσελήλυθασιν, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, θαυμάζοντες, h. e. Multi me adierunt, o judices, admiratione ducti. Demost. in Aphobum; πάντων τοίνυν εἰσὶ μὲν πολλοὶ μάρτυρες, ἔστι δ' ἐκ ἐλάττω τεκμήρια τῶν μαρτύρων, h.e. Cum autem harum rerum multi testes sint, non minora etiam argumenta nobis suppetunt.

Quod si πολλοὶ sonat πλῆθος, h.e. Vulgus, vel populus, tunc necessario desiderat articulum. Ut Isoc. ad Demon. Εὐλαβοῦ τὰς διαβολὰς, κἂν ψευδεῖς ὦσιν, οἱ γὰρ πολλοὶ τῷ μὲν ἀληθεῖ ἀγνοοῦσι, πρὸς δὲ τὴν δόξαν ἀποβλέπουσιν. h.e. Cave criminationes etiam falsas, vulgus n. veritatem ignorat, sed ex fama, & opinione judicat. Dem. adversus Timocrat. Τίς ἂν μόνη φυλακὴ καὶ δικαία, καὶ βέβαιος τῶν νόμων; ὑμεῖς οἱ πολλοί. h. e. Quæ igitur sola est custodia & justa, & firma legum? Vos populus. Idem περὶ στεφάνου. Νῦν δ' οἱ πολλοὶ τοῦτο λέγουσιν, ὡς Κέρκυραν εἶλε Τιμόθεος. h. e. Nunc vero vulgus hoc dicunt, quod Cercyram cepit Timotheus.

Pari modo πολλοὶ, πολλαὶ, πολλὰ, si sese habeant ut subjecta in oratione, non respuunt articulum. Exempl. K. R. Τὰ γὰρ πολλὰ δεινὰ τὰ τῷ ὑμῷ αὐτῷ τότε συμβεβηκότα, αἴτια γέγονε τοῦ νυνὶ τὸν πατέρα ἐξαίφνης ὁμιλῆσαι θανάτῳ. h. e. Multæ clades, quæ tunc temporis filio ipsius contigerunt, in causa fuere, cur pater e vivis excesserit. Demost. pro Formione, Τὰ μὲν ὦν πολλὰ, ὧν Ἀπολλόδωρος ἐρεῖ, νομίζετε εἶναι λόγον καὶ συκοφαντίαν, h. e. verba vero multa, quibus Apollodorus utetur, nugas esse, & calumnias putate.

Verum πολὺς, πολλὴ, πολὺ, quando pronuntur ἀπροδιορίστως, respuunt prorsus articulum, ut Lysias adversus Pandeon. Οὓς γὰρ ἀδικῶν με πολλὰ χρόνον ἐκ ἐπαύετο. h. e. hic enim cum mihi jamdudum negotium facessere non desisteret. Idem ad Nicom. Περὶ ὧν μεγίστων τοὺς αὐτοὺς ἐᾶτε πολλὰ χρόνον κυρίους εἶναι, h.e. Vos in maximis magistratibus eosdem finitis longo jam tempore summum obtinere magistratum.

REGULA XVI.

Πλεῖσαι, πλείσας, πλεῖσα, cum obtinent locum subjecti, gaudent articulo. Isoc. de pace: Εὑρήσεπε γὰρ πὰς πλείσας τῶν ἀνθρώπων τοῖς τὰς αἱρέσεις τῶν πραγμάτων ἀμφισβητοῦσας, καὶ πλείσας ἐπιθυμίας ἐχούσας τῶν κακῶν, ἢ τῶν ἀγαθῶν.

REGULA XVII.

Μὰ Adverbium jurandi nomini subsequenti articulum largitur. Dem. in Aphob. Μὰ τὸς θεὸς ἐγὼ μὲν οὐκ ἂν ἔχοιμι ἐπιδεῖξαι τὸν ἀκριβέστερον, ἢ τὸν τὸν τρόπον, Ego medius fidius, &c.

REGULA XVIII.

Quod si conjungatur cum nomine Δία, respuit prorsus, ut Demost. ibid. Οὐ μὰ Δία ἔγ' ὅτι τὸν Μίλυαν ὡμολόγησεν εἶναι ἐλεύθερον, Non Mehercule, quod, &c.

REGULA XIX.

Regula prædicta convenit etiam particulæ νή. Idem pro Formione: Κἂν ταῦτα ποιῆτε, ὡσπερ τε δύρκησετε, καὶ τῶν δικαίως σώσετε ἄξιον ὄντα, νὴ τὸν Δία καὶ τὸς θεὸς ἅπαντας. Non tamen impedit, quin interdum nomen Δία articulo destituatur, ut Demosth. de ordin. Republ. καὶ νὴ Δία ὦ Ἄνδρες.

Nomina Appellativa, seu adjectiva virorum, qui in aliqua arte, seu scientia excelluerunt, necessario articulo insigniri debent. Ut cum vellem indicare Homerum, dico ὁ ποιητὴς, & Arist. ὁ φιλόσοφος, quia sicut hic in Philosophia, ita ille in Poesi primas tenet.

Sæpe articulus destituitur Participio magna cum elegantia, idque cum variis præpositionibus, vel adverbiis, quæ immediate subsequi solent articulum, ut οἱ ἐν πολέσιν, h. e. Cives, Oppidani. Οἱ ἐν ἡλικίᾳ, Adolescentes. Οἱ ὑπὲρ τὸν κατάλογον, emeriti. Οἱ ἐν ὅπλοις, Milites. in quibus omnibus subintelligitur Participium ὄντες, vel γινόμενοι, vel quid simile. Demost. Philipp. Καὶ γάρ τοι διεστηκόσιν εἰς δύο μέρη ταῦτα τῶν ἐν πολέσιν, h. e. cum oppidani in duas partes, &c. Idem de ordinand. Rep. Λαμβάνειν ὑμᾶς φημι χρῆναι τὸ ἴσον ἕκαστον, πὰς μὲν ἐν ἡλικίᾳ στρατιωτικόν, πὰς δ' ὑπὲρ τὸν κατάλογον ἐξετασικόν.

Pari modo, Οἱ ἔπειτα, posteri, τὰ ἔπαυτα, posteritas. οἱ πρόσθεν, prisci, οἱ πέριξ, dissiti, οἱ περὶ τὸν Βασιλέα, qui stant a parte Regis, Οἱ περὶ τὰ ἱερὰ, Sacerdotes, &c.

REGULA XX.

Sæpissime articulus neutrius generis præponitur infinitivo, ubi infinitivus pro nomine sumitur. Demosth. in Olynth. 3. πέπεισμαι γὰρ ἐξ ὧν παρὼν ἐγὼ ἀκηκόων συμβαίνειν, τὰ πλείω τῶν πραγμάτων ὑμᾶς ἐκπεφυγέναι, τῷ μὴ βέλεσθαι τὰ δέοντα ποιεῖν, ἢ τῷ μὴ συνιέναι. Ubi τῷ μὴ βέλεσθαι pro neglecto, & τῷ μὴ συνιέναι pro insscitia sumitur. Pari modo dicitur τὸ σπουδάζειν, studium, τὸ σωφρονεῖν, temperantia, τὸ φρονεῖν, prudentia, &c.

REGULA XXI.

Nomina κλητικὰ respuunt prorsus articulum: ut Demosth. pro Corona: Πρῶτον μέν ὦ Ἄνδρες Ἀθηναῖοι, &c.

REGULA XXII.

Articulus neutrius generis vel uni tantum dictioni, vel pluribus materialiter, vel artificialiter positis solet præponi. Arist. de interp. οἷον ἐν τῷ ἐπανερωτᾶν τὸ κέλης ὑδέν τι σημαίνει καθ' αὑτό. Idem paulo inferius: Τὸ δὲ ἐκ ἀνθρώπου, ubi notandum est hujusmodi articulum vocari ἄρθρον ἔμπεχνον, quoniam ex consulto præponitur illis dictionibus, quæ pro seipsis accipiuntur. Qui modus loquendi peculiaris tantum est Græcis, quo explicant suas mentes ἐκφαντορικῶς καὶ διαῤῥήδην, h. e. enucleate, & clare: ut Dem. in Orat. 3. Ὀλωθ. Ἐὰν γὰρ τοῦτο ὑπάρξῃ, τότε καὶ περὶ τοῦ τίνα τρόπον τιμωρήσεταί τις ἐκεῖνον, ἐξέσται σκοπεῖν. h. e. Si enim certo hoc constiterit, tum qua ratione quis illum ulciscatur, licebit dispicere, quo in loco articulus τὸ complectitur hæc omnia, τίνα τρόπον τιμωρήσεταί τις ἐκεῖνον, ἐξέσται σκοπεῖν. Pro coron. idem: μὴ τὸν ἀντιθήκοι σύμβουλον ποιήσασθε περὶ τοῦ πῶς ἀκούειν ὑμᾶς ἐμὲ δεῖ. Ne adversarium adhibeatis in consilium de modo, quo me audire vos oporteat.

Observandum est Poetas, & potissimum Hom. raro uti articulis præpositivis: ut Ἰλ. ῥαψ. θ. εἶσομαι αἶψα μ' ὁ Τυδείδης κραπερὸς Διομήδης.

Aristoph. tamen crebro iis utitur.

Ἦν γὰρ τὰ βέλτιθ' ὁ θεράπων λέξας αὐτῇ,
Δοξῇ ἢ μὴ δρᾶν ταῦτα τῷ κεκτημένῳ,
Μετέχειν ἀνάγκη τὸν θεράποντα τῶν κακῶν, &c.

Illud præterea non ignorandum est, Poetas sæpe usurpare articulos præpositivos loco pronominum, ut Hom. Ἰλ. ῥαψ. β. οἱ μὲν ἐπήρυσσον, τοὶ δ' ἠγείροντο μάλ' ὦκα, pro ἕτοι, vel ἐκεῖνοι.

Interdum etiam Oratores usurpant hunc articulum pro τὶς vel τὶ, ut Demost. in Orat. Olynth. 3. ἀλλὰ θαυμάζω εἴ τῳ ποτε ἀνθρώπων ἢ γέγονε ἢ γένοιτο &c. pro εἴ τινί ποτε ἀνθρώπων. Et idem pro Corona: Ἅλλας τε κἀγὼ ὑπ' ἐχθρᾶ τῷ τότο συμβαίνῃ, pro τινί.

FINIS.

LE.

REAL ACADEMIA ESPAÑOLA

LEXICON LATINO-GRÆCUM.

A.

A Vel ab, ὑπὸ cum genit.
ut & παρὰ, ἀπὸ, πρὸς, ἐκ, vel ἐξ.
A puero, ἐκ παιδίου, ἐκ παιδός.
A secretis, οἱ ἀπὸ τῶν ἀπορρήτων.
Ab aliquo stare, μετά τινος εἶναι, σύν τινι εἶναι.
Ab epistolis, οἱ ἐπὶ τῶν ἐπιστολῶν.
A vel ab sequente usque, ἀπὸ, sequente μέχρι, vel ἄχρι, vel ἕως cum gen.
Ab hoc tempore. ἐξέτι τοῦ, ἀπὸ τότε, ἐκ τοῦ νῦν.
Ab ineunte adolescentia, ἐκ νέας, ἐκ νέου.
Ab initio, κατ' ἀρχῆς, ἀπ' ἀρχῆς, ἐξ ἀρχῆς, ἀρχῆθεν, Poet.
Ab integro, πάλιν, αὖ, ἐκ δευτέρου.
